




Co

~~Wh~~

oo or

Chr. J. Bruch 1821.7

1807

D. IO. SAL. SEMLERI
PARAPHRASIS

EPISTOLAE


I A C O B

CVM NOTIS

ET

LATINARVM TRANSLATIONVM

VARIETATE.



H A L A E

IMPENSIS CAROL. HERMAN. HEMMERDE

c1o 1o cc LXXXI.





P R A E F A T I O.

Paraphrases librorum N. T. ut continuarem, amici iam inde a quodam tempore admonebant; quia nouarum obseruationum opportunitatem certam sperarent, cui me deesse nolebant; licet non ignorarent, hic ibi etiam audiri voces aliorum, quibus vniuersum illud paraphrasium genus non placeret. Ego nec his succensere soleo, quod vtuntur ista libertate sua, in hac re publica theologica; nec istos non amare possum, qui studiorum meorum fidem et integritatem calculo suo approbare audent. Itaque temporis aliquid impendi, colligendis illis obseruationibus, quibus iam diu operam dare soleo, meo iure et

)(2

mo-

P R A E F A T I O.

modulo vsus. Nec enim infitior aut prae me ferre dubito, esse me omnino in hac sententia, salubris lucis et auctoritatis liberalis plurimum hac via praecipue colligi posse, si restituatur historicum interpretandi genus, quod distinctum maxime est ab istis locis dogmaticis, quibus nostra ingenia facillimam operam ultro impendere possunt, parum sollicitorum, de tirociniis ipsis meliorum praeceptionum; quae profecto summam perfectionem hominum statim complecti non poterant. Illa autem historica interpretatio et in se est ipsa satis difficilis, et maxime tamen frugifera, ad commendandam christianae religionis ingenuam indolem. Sed iam non opus est defendere copiosius hoc studiorum nostrorum genus; mihi sane sufficit, non deesse commodos et peritos harum rerum arbitros, qui historicam prouinciam interpretis ipsi praecipue amant. Istos alios nostrae aetatis Christianos non impeditum imus, quibus alia interpretandi consuetudo longe utilior videtur atque integrior; modo pars utraque dissentientium conueniat in ipso studiorum distinctorum consilio et vsu, ut facillime commendetur, siue hac siue illa ratione,

P R A E F A T I O.

ne, christianae religionis sancta et grauis auctoritas.

Equidem constitueram, hac opera istas tres aut quatuor catholicas Epistolas, Iacobi, Petri duas, et Iudae istam, eodem modo illustrare, atque vno corpusculo paraphrasium complecti; sunt enim simillimi omnes argumenti, sunt fere eiusdem temporis, atque hominibus simillimis destinatae, quos varii impostores, et astuti homines, ex Iudaeis orti, a vero religionis christianae exercitio abducere tentauerant; hic ibi etiam abduxerant. Sed coeuntium aliorum negotiorum varietas, et susceptae huius rei, quae fere noua esset, indoles copiosa, facile effecit, vt diuiderem quasi istum laborem, cui vniuerso iam quidem satis parem me non inueniebam; ne multitudinem istam rerum, quae studium fere proprium, et multam diligentiam desiderabant, praecipiti quodam labore corrumpere potius et perturbare, quam commodius illustrare viderer. Liceat hic breuiter commemorare summam quasi earum rerum, quae eximiam diligentiam a nouo interprete postulare mihi videntur; vt lectores intelligant, me non sequi tantum



P R A E F A T I O.

voluisse vestigia trita satis, aliorum commentatorum; sed prospicere quasi nouae lucis, qua caremus, opportunitatem; nec temere me aut superbius promittere ingentia beneficia; sed iustis quasi rudimentis iamiam confidere.

Vniuersa igitur *historica* caussa harum Epistolarum, quae *cartholicae* dici solent inde ab *Origene*, magna adhuc laborat obscuritate; quod vix negabit aliquis, si sit harum rerum non ipse imperitus. Itaque operae sane est pretium, impendi continuam operam, ad eruendam veteris historiae partem; quod est eo magis difficile, quod inde a vetustis seculis deest nobis scriptorum commoda diligentia et admonitio eius generis, quae obscuritatem et caliginem istam vel paululum dispellat. Ista omni opporunitate et diligentia vel mediocri quod omnino careamus; vix interpretari possum atque explicare. Nisi putemus, satis notum fuisse istis antiquioribus doctoribus, cur fuerint pleraeque harum Epistolarum ex isto numero scriptorum, quae nomine *ἀντιλεγομένων*, continerentur? Hi, si satis intellexerunt *ἀντιλογίας* illius historicam et externam causam: fateor,

P R A E F A T I O.

teor, parum superesse nobis causſae, cur mirari porro possimus. Sed vel hoc requiri debebat atque diligentius repeti. Si enim *Clemens alex.* qui in *Hypotyposefi epitomas* confecerat etiam harum Epistolarum, fatis certo sciuit, subesse historicam et iustam causſam, cur ceterae ecclesiae, quae constabant ex ciuibus, qui non fuerunt ex Iudaeis, his Epistolis vsae non fuerunt; si sciuit, has Epistolas destinatas fuisse christianis istius alius partis, qui venissent ex Iudaeis: nihil sane superest, quod mirari iure possimus, has Epistolas non fuisse in catalogo Christianorum, istorum, qui fuerunt ex gentibus; sicut certum est, Epistolam ad *Hebraeos* per annos fere CCCC non fuisse in vsu *Latinorum*; scilicet, quia similiter Christianis ex Iudaeis destinata fuerat. Itaque et hoc perspiciemus, opus fuisse aliquo interuallo temporis, quod sensim tolleret discrimen illud societatum, ipsarum rerum externarum quadam conuersione; atque pluribus demum studiis et laboribus discipulorum Pauli hoc deberi, quod tandem et istae epistolae, cum ipsis huius diuisae societatis ciuibus, in vnus coniunctae iam sacrae reipublicae corpus

P R A E F A T I O.

coierint. Huic igitur rei illustrandae aliquam operam impendi in *Prolegomenis*; nec dubito, fore, ut tandem sensim clarior lux orietur post tam diuturnam caliginem. Nec poenitet me, ex isto libro *Hermae* collegisse aliquot quasi documenta non obscura, quae ad istam causam pertinere videntur.

Deinde ipsa hypothesis harum Epistolarum, et occasio illarum scribendarum nobis adhuc minus pater, quam ad iustam interpretationem opus est. Nempe historiam impostorum eius temporis, qui antea fuerunt et ipsi ex Christianis, sed priuatorum iam et aliorum consiliorum studio, reliquerant societatem hominum proborum, ut diuitias et voluptates aucuparentur: nondum diligentius illustratam esse, deprehendimus. Ista enim studia eruditorum hominum, de *Haeresiarchis aevi apostoli. i.*, aut omnino non pertinent ad hanc causam nostram hermeneuticam; aut nimis longinqua quasi fuerunt, et minus iam apta iustis illustrationibus. Iam vero plane sum in ea sententia, multas scriptiones ex illis *Pseudepigraphis V.* et *N T.* quae inter nos *Fabricius* collegit, ut aliorum diligentiam non commemorem, deberi his impostoribus;

bus; qui fuerunt antea inter Christianos ipsi; sed qui paulo post abuterentur quacunque occasione, ad fallendos homines, Iudaeos graecos praecipue; itaque et *nouas* *scriptiones confinxerunt*, quarum auctoritate abuti sustinebant. Harum scriptionum argumento praecipue deberi videntur tam multae opiniones fanaticae atque atroces, quas Paulus et ceteri Apostoli suis iam Epistolis refutatum eunt. Itaque et hanc partem nouae obseruationis illustratum iui in his *prolegomenis*; sed pro ista breuitate, quam superare atque egredi iam non licuit. Quod si a vero non abesse videtur ista admonitio nostra, facilius intelligemus, non solum, qui factum sit, vt *Iustinus* et *Irenaeus* excitent partes aliquas e libris veteris testamenti, quae non insunt, et quas falso dicunt a Iudaeis erasas fuisse; sed etiam hoc, quod tales libri tanto in honore essent, vt et Paulus saepius; Petrus, Iudas, (e libro Enochi) et Iacobus, si rem veram repetimus ad cap. 4, 5. talibus sententiis vti sint. Nempe, quia auctores talium librorum, aut primi magistri, e quorum manibus ad alios tradebantur, pro christianis haberi solerent. Itaque et magnam

PRAEFATIO.

auſtoritatem naſti ſunt tales libri, vt *Cle-*
mens alex. Origenes aliiſque ſine dubitatione,
 imo non ſine fauore, illis vterentur. Sed
 vniuerſus hic locus, de impoſtoribus pri-
 mi inter Chriſtianos ſeculi, tam late patet,
 vt hic eum ſatis explicare non liceat. Suf-
 ficit, admenuiſſe de ea re; vt plures eru-
 diti diligentius ad hanc cauſſam attendant;
 quae ad hſtoriam religionis chriſtianae, ſe-
 culo 1. 2. et 3. multum verae lucis afferre
 poteſt, qua fere omni adhuc carebamus.
 Vt hoc vnum tantum addam; hinc demum
 intelligimus, vnde tam multae opiniones
 et ideae, quarum exilitatem et futilitatem
 adeo, nos facile proiicimus, in multo-
 rum *patrum*, ſcriptorum eccleſiaſticorum,
 theoriis tam diu locum habuerint? Magna
 locum habuit corruptio et vitiatio quaſi
 chriſtianarum idearum et ſententiarum, per
 tales libros; quos ſciebant inde a ſeculo 1.
occultatos ſic fuiſſe; vt quaſi tantum peri-
 rioribus paterent.

Porro de iſto diſſidio duarum ſocieta-
 rum diuiſarum, Pauli, et Petri, Iacobi,
 ſeu Palaeſtinenſium, plura et copioſiora
 hic in memoriam reuocari, maxime opus
 eſſet; licet certum ſit, nec Petrum aut Ia-
 co-

P R A E F A T I O.

cobum, nec Paulum dedisse ipsos operam
huic dissidio continuando et confirmando.
Sed res sic omnino habet; atque ideo lo-
cum habere nondum potuit *canon seu cata-*
logus librorum sacrorum, qui *omnibus com-*
munes essent, vnicus; ratione diuisarum
harum ecclesiarum. Diximus de ea re plu-
ra iam, in *Prolegomenis* Epistolae ad Gala-
tas, §. 14. allatis aliquot claris locis ex
istis *Recognitionibus Clementis* rom. quae ar-
ctissimam connexionem inter Christianos
Palaestinae et Romae, per auctoritatem *Ia-*
cobi, fratris domini, luculentissime occu-
pant et prae se ferunt. Mandatur enim,
(lib. 4. n. 35.) nulli *doctorum* credatis, nisi
qui *Iacobi* — — derulerit testimonium,
vel eius, quicumque post eum fuerit. Ni-
si enim quis illuc adscenderit, — — et
inde derulerit testimonium, recipiendus
omnino non est. Est autem haec narratio
eo diligentius attendenda, quod totum
hoc corpusculum ad *Iacobum* dirigitur; *Bar-*
nabas saepe laudatur; Paulus vero taceretur,
et fere excluditur omnino e numero Apo-
stolorum. Sic enim loc. cit. sequitur;
Christus est *annus gratiae*; nos Apostolos
habens *duodecim menses*. Sed operae non
est

P R A E F A T I O.

est pretium, verbosius haec a nobis hic tractari; certissimum enim est, *Clementis* romani nomine, similiter aliquem eo consilio abusum fuisse, ac isto *Hermæ*; ut hoc artificio ista societas *Iudaizantium* eo facilius adduceretur, ad coniunctionem cum ceteris Christianis; si hi, tam celebres *Pauli* discipuli, antistites suarum partium, tantum studii impendisse legantur, ad adsciscendos istos Christianos ex Iudæis. Itaque miro artificio auctor *gentibus* dat operam his libris; repetitis praeceptis Philosophorum, Mathematicorum seu genethliacorum, atque plebeiis opinionibus de Diis; quod vniuersum disputandi genus nouum omnino est, atque a iudaica consuetudine satis alienum; ita vero comparatum, ut *Petri*, tam periti et eruditi doctoris, auctoritas summo in loco spectetur. Paulo ante *Origenem*, forte et *Clementis alex.* iam tempore, haec studia in gentes facilius adsciscendas, locum inueniunt; minime apud *Montanistas* aut *Iudaizantes*; sed apud istos catholicos, qui hac ratione *Petri* et *Iacobi* honorem tam diligenter augere studebant, ut multo iam minor esset ista negligentiae species, qua offendi antea

P R A E F A T I O.

antea videbantur illi ciues sacrorum diuisorum; quia *Petri* et *Iacobi* in honorem eximium consentirent vel *Hermas* et *Clemens* rom. igitur et ceteri istius societatis ciues parerentur, aequalia iura esse discipulorum *Petri*, seu Iudaizantium, et Christianorum e gentibus. Iam vix supererat ratio aut species rationis, quae impediret, permutari inuicem sacros diuisarum societatum libros, et sic coniungi in vnum corpusculum; quae res tandem sic omnino euenit, post plura adiumenta, seculi quarti fine. Atque ex eo tempore alii libri, rudiores, aut argumenti ineptioris, iudaici, publica auctoritate sic oppressi fuerunt, vt multi omnino interirent, et pauci apud alios tantum seruarentur, curiositatis quasi iure atque omine. Sed iam huic causae diligentius operam dare non licet; minime vero dubitamus, eruditos viros tandem studiosius de ea re quaestionem habituros esse.

Tandem nec illud hic silentio praeterire possumus, aliquot locorum huius *Epistolae lectionem* seu *scripturam* verustiore nos excussisse paulo diligentius, quam quidem a *Millio*, *Wetstenio*, aliisque factum fuit.

P R A E F A T I O.

fuit. Fatebuntur certe harum rerum aequi arbitri, operae pretium esse, ista vestigia *antiquissimae recensitionis* studiosius requiri atque illustrari; ut tandem, post plura documenta satis clara atque indubia, de obscura illa historia *graeci latinique* corporis sacrorum librorum, certiora colligamus fragmenta quasi; e quibus de rei ipsius historica indole incorruptius integriusque iudicare possimus. Vicit sane tandem recentiorum ferreus quasi labor omnem istam molestiam et difficultatem, in quam locus hic tantum historicus dogmaticorum multorum sedulitate coniectus et conclusus videbatur; deteximus partes multas regionis quasi omnino incognitae plerisque scriptoribus, tam iunioribus, quam antiquioribus. Nihil iam obstant aliorum alia studia et exercitia, sicut nos illis non obstat; obsequantur utrique rationibus et causis, quas ingenuas et iustas esse arbitrantur. Praetuli etiam non raro explicationem aliquam, quae nondum auctoritate doctorum confirmata est; sed sine iniuria in alios interpretes; superest certe hic ibi opportunitas diligentioris explicationis eligendae; aliae autem partes ancipitem quasi speciem
prae

P R A E F A T I O.

prae se ferunt, quam vix licet ita vertere
et informare, vt iam non possit non vnice
omnibus interpretibus placere.

Ceterum proposueram, specimen ali-
quod prodere, *Lexici graeci et latini*, ex
vetustis *translationibus latinis*, quae ex variis
prouinciis et temporibus nobis adhuc su-
persunt; quia inest huic labori praecipuum
aliquod beneficium, latini quidem generis;
sed frugiferae sane indolis, ratione *latinae*
Theologiae, quae ex his fontibus sensim con-
gesta fuit. Nec parui est momenti, his
originibus theologiae latinae quasi propius
aliquem adesse, eamque intueri studiosius;
hac enim sola ratione perspicimus illud di-
scrimen, religionis christianae, quae sem-
per hominis mentem sanctius informat, et
fructus salubres secum fert; et *Theologiae*,
quae ad societatem externam isto modo re-
fertur, qui loco et tempori praecipue con-
uenit; et religioni priuatae saltim num-
quam obstat, nisi hominum destinata ma-
lignitas interueniat; licet forte eam non
semper commodissime adiuuet. Sed ob
alias res, quibus operam dare oportet,
tantum otii mihi iam non superest, quod
im

P R A E F A T I O.

impendi huic proposito oportet. Iam le-
ctores rogo, vt vrantur ista mea liberali
opera, ad confirmandam christianae doctri-
nae salubrem cognitionem; et suo fauore,
quem sine ambitus crimine, conciliatum
eo, me porro adiuuent, aduersus aliorum
iniuriam! Dab. Halae in Fridericiana Regia
d. 18 Febr. 1781.

D. IO. SAL. SEMLER.

PRO.

PROLEGOMENA

IN

EPISTOLAS CATHOLICAS;

ET

PRAECIPVE ILLAM IACOBI.

§. I.

Etsi est difficillimus, et tantum non ingratus labor, qui in illustranda rerum christianarum primordia porro confertur, post multorum recentiorum illa studia, quibus antiquissimorum scriptorum, diligentiam, an negligentiam, superare ausi sunt: negare tamen non possumus, non solum huius generis liberales conatus omnes, laude sua non carere, sed etiam non raro aliquid nouae lucis parari, quod ipsis certe tenebris non praeferrri non potest. Non interpretabimur iam studiosius, vnde tanta caligo eius temporis praecipue orta sit, licet non ignoremus, rerum omnium primordia ipsa solere ignota esse, quod ipsum a ratione non ab-

(A) hor-

horret; scimus enim vel physici mundi esse eandem historiam. Descripserat etiam Christus regni Dei inter homines parua atque occulta initia, licet rerum felicibus successibus humanum orbem sensim emensuri. Idem nouae doctrinae fructus comparauit cum seminis, quod terrae mandatur, indole; colligunt sane homines omne genus fructuum, quos terra edit continuos; sed historiam fructuum, cultorumque terrae primorum quis perscripsit, licet incredibilem laborem, non sine iactura et periculo tironinorum, impensum fuisse facile credamus? Feramus igitur et nos istam caliginem, quae historiam christianae religionis externam, inde a primo seculo, premere nondum desinit, licet ipsa religionis et documenta et exempla sint satis luculenta. *Externam historiam* diximus tenebris obrutam; sed omne illud, quod pertinet ad externam historiam, pertinet ad *tempus* et *locum*, quibus Christiani ipsi inter homines describuntur; itaque de summa re, de ipsa religionis indole, nihil ignoramus, quod scire nostra multum intersit; licet rei varius modus et status nobis maneant obscurus. Doctrinam enim christianam veram et ingenuam facile colligimus, siue ex hoc siue ex isto libro; ex Evangelio vnico, vel pluribus; ex Epistolis aut quibusdam, aut multis, aut ex omnibus. Eadem est et manet *διδασκη*, frugifera et salubris, animis corrigendis et ornandis aptissima; licet adhuc ignoremus ipsum tempus harum scriptio-

num;

num; primos lectores illarum, historiamque
scriptionum illam, quae et propagationem de-
scribit, et collectionis publicae ipsa initia.

§. 2.

Non repetemus iam omnia, quae ad Epi-
stolas *catholicas*, seu canonicas, numero septem,
hoc illo iure atque omine pertinere possunt;
nec enim confidimus, de istis rebus aliquid cer-
tius nos allaturos esse, post tot eruditorum va-
ria studia; qui tamen et ipsi veterum ei rei im-
pensam operam vix superarunt. Licuerat ta-
men, nisi vehementer fallimur, ex vetustiorum
tam mediocribus beneficiis vel hoc observare,
temporis aliquod interuallum intercessisse, an-
tequam hae epistolae plurium oculis et manibus
vsurparentur. Facile enim perspicimus, *Euan-
gelia* et Pauli Epistolas longo iam tempore fuisse
in manibus magistrorum christianae religio-
nis; has autem canonicas ab iisdem scriptori-
bus seculi secundi, nondum fuisse vsurpatas.
Nempe alia ratio hic subesse non potest, quam
quod diuisae quasi scholae essent, aut *diuisae* ad-
huc societates Christianorum, quae *suis tantum*
ciuibus domesticorum librorum vsum praeirent.
Cum vero successu temporis, istae antea diuisae
societates, coirent per Episcopos in vnam, locum
etiam habuit vnicum librorum, alterutris antea
propriorum; corpus, quod ex permutatis quasi
scriptionibus commune iam succreuit; vnum

(A) 2

cano-

canonem seu *catalogum* dicere posteriores solent, qui priora per secula minime fuit vnus. Operae pretium videtur, huius rei rationem et causam paulo diligentius illustrare, atque historiae aliquod instar ex istis tenebris, quae ad nostra vsque tempora multorum aut oculos aut operam fefellerunt, instauratum ire; si maxime non contingat, locupletem etiam auctoritatem iam vbique adiungere. Speramus autem, fore, vt etiam ad alias partes huius historiae, quae christianismum aut commodum antecedit, aut statim comitatur, aliquid lucis pertingat; quo nec antiquiores scriptores caruerunt, licet recentiorum varia consuetudo effecerit, vt minus attenderent ad rei historicum modum, quam ad colligenda locorum dogmaticorum ornamenta.

§. 3.

Redeundum iam nobis est ad graecorum Iudaeorum statum, vt fuit seculo primo; eius aliquam certe formam colligere licet ex libris *Philonis*, atque aliis scriptionibus graecis, quae nomine ἀποκρυφῶν solent postea distingui a serioribus scriptoribus christianis. Ex *Philonis* istis libris rei hanc summam tantum repetimus, multitudinem Iudaeorum non paruam vixisse in urbibus *Astae*, *Europae*, et *Alexandriae*; (contra Flaccum;) floruisse etiam *allegoriarum studium*, quod istos libros graecos testamenti veteris, quos tribuere solemus LXX interpretibus, liberime

rime explicando, in omnem partem moralem facillime vertere solebat. Pauca *Philonis* carmina sufficient, ad confirmandam rem, de qua hic ago. *Essenis* tribuit vetustas scriptiones *allegoricas*, quarum exemplo quasi continuo alii utantur, in explicanda veteri historia; itaque pro lectorum ingenio triplex quasi ingenium istis libris inesse, *σωμα, ψυχην, πνευμα*. In lib. de *circumcisione*, idem palam sic loquitur, se a venerandis viris accepisse ista *νοήματα, ταυτα εν εις ἀκοας ἤλθε ἡμετέρας ἀρχαιολογημένα παρὰ θεσπεσιοῖς ἀνδράσι, οἱ τὰ Μωσέως ἐπαρεργως διηγήνηνυσαν*. Attuli alias sententias, clarissimas, in praefat. ad vitam *Bekkeri*, quibus has illas partes historiae veteris defensum iuit *Philo*, a risu et contemptu aliorum; iam, si quis vel aliquid in legendis *Philonianis* libellis profecerit, non dubito, haec pauca sufficere meo consilio et proposito. Oculis quasi videmus Iudaeos multos graecos, artibus et scientiis, Platonica certe philosophia, excultos, qui rerum moralium amore et studio ducti multo diligentius cogitant mundum *ἀσφατον*, quam istum sensibus subiectum; qui historiarum auitarum consilium augustius ipsi informant, caerimoniarumque omnium indolem et vim quasi eo euehant, quo ipsa mens perspiciendo et intelligendo pertingere potest. Hoc *allego* *arum* quasi publicum ius eo diligentius ob oculos ponere nos debemus, quod multi sermones Christi et

Apostolorum aliter recte explicari et diiudicari non possunt.

§. 4.

Iam isto eodem tempore Iudaei alii, illis omnino inferiores, religionem externam, quam illi liberaliter egredi audebant, vnice praeferrunt; vetusta, quasi Deo propiora, calide amant, et continuis votis desiderisque instaurant; suaeque gentis insitam fere praestantiam ex istis antiquis historiis et libris, falso sic informant, vt ceteras omnes gentes Deum odio et contemtu quasi fatali prosequi autument. Huius tam inhumani erroris origo non solum ingenio et fastui debetur iudaico, sed etiam falsae graecae interpretationi aliquot carminum in libris istis Mosis, praecipue Genes. 11. de confusione linguarum, et Deuteron. 32. de diuisione gentium, secundum numerum angelorum praesidium. Inde principem huius humani mundi, (Sar haolam) descripserunt, qui praesit aliis minoribus dominis, per quos homines, omnes gentes, excepto iudaico populo, ille quasi regat, et in omnes errores, in omnia scelera, continuis studiis impellat; Iudaeorum praecipue omnes calamitates per gentes, illorum dominos, procuret et adiuuet; Michaeli interea sanctum populum, Iudaeos, tam praeclaris legibus deditum, defendente. Iidem graeci Iudaei temporis felicioris ambitum quasi designarunt;

runt; ne populo solatium omnino deesset, et spes rerum in melius conuertendarum; quem computum iam illi inuenisse aut constituisse videntur, qui graecam veterum librorum translationem procurarunt; dedito certe consilio patriarcharum annos auxerunt multis seculis, ut iam multo propius abessent calculi graecorum Iudaeorum a sacro quasi numero sexies mille annorum, quam sunt Hebraei isti et Samaritani. Nec defuerunt primi fautores graecae translationis, comparandae auctoritati, qua opus esset tot nouis atque inusitatis decretis atque opinionibus; diuinae enim inspirationi tribuerunt hanc translationem. Itaque latissime propagata fuit illa spes instantis paullo post melioris seculi, siquidem sexti millenarii auspicia iam praeteriissent. Eadem vero animorum rudior adhuc indoles, non solum prophetarum carmina litterali et crasso sensu excepit, nouum caelum, nouam terram, et rerum ἀνακεφαλαιωσιν prospiciens; sed et multos alios libros facile admisit, quasi ex antiquissimo tempore superstites. Ista tam imperita et parum ingenua interpretatio videtur acerbos et rudes lectores occupare; qui breui demum tempore ante, hos libros manibus et oculis vsurparunt; minime iam a longo tempore adfuerat sensibus et sententiis horum librorum. Similiter sic intelligimus, confingi potuisse nouos libros, specie vetustatis. Isti tot ἀποκρυφοί libri, *occulti* scilicet et *occultandi*, ob argumenti scilicet magnitudinem, graecorum Iu-



daeorum istam maiorem partem variis ideis atque opinionibus infecerunt; ut iam plura quasi adiumenta in id consilium consentirent, augendae spei, votorumque ignauorum confirmandorum. Primo enim hoc seculo, quod christianae religionis publica initia describit, plurimum iam in manibus erant tales scriptiones, *Esdrae* ille quartus apud nos liber; *Henochi* liber, XII Patriarcharum testamenta; ἀποκαλυψις *Mosis*, (quam et γενεσιν λεπτὴν *Syncellus* alicubi pro eodem libro habet;) ἀναληψις *Mosis*, *Apocalypsis*, seu *Prophetia*; *Eliae*; graecae partes *Ieremiae* etc. Nec enim ei rei iam damus operam, ut catalogum talium *secretorum* seu *Apocryphorum* hic scribamus.

Non ignoramus multos huius generis libellos a christianis lectoribus non mediocriter interpolatos fuisse, quod fatum et graecae translationi illi accidit, quae solet τῶν LXX dici; unde *Iustinus* ille, satis imperitus ipse, Iudaeis hoc tribuere ausus est, quod hae illae partes graecae non inueniantur iam in graeco hoc corpore. Nempe, quis mirabitur, glossas et meditationes christiani lectoris, (cuius ab exemplo descripserunt alii lubentius, quam ex alio, e Iudaeorum manibus, petendo;) non inueniri apud Iudaeos? Sed *interpolatores* tantum sunt hi Christiani, quorum sic interpolata exemplaria, ut iam monuimus, Christiani porro solebant sequi et propagare. Primi auctores talium scri-

scriptionum sunt Iudaei, studiosissimi admiratores mundi vetusti, quem commodum discere incipiebant ex graeca translatione; quae et ipsa non est multo antiquioris temporis, nec est auctoris, vel auctorum, quibus ipse sensus historicus iam satis notus fuisset, aut acceptus a iustis doctoribus; aliter tam immania vitia locum non habuissent, quae plane demonstrant, historiam rei antea nondum fuisse notam. Sicut igitur isti Iudaei, qui locum ἡδύον amabant, augendis ornandisque historiis ipsis illorum, qui conditores gentis essent, minime dederunt operam, sed νομῶσι et sententiis ethicis vnice studuerunt, alieni ideo etiam a capeffenda republica, tam sacra quam ciuili: ita inter istos alios Iudaeos graecę loquentes non defuerunt multi, qui magistrorum populi prouinciam arriperent, et augendis amplificandisque historiis darent continuam operam; imitati fere tot scriptores graecos et romanos, quos inter vivebant. Atque vix dubitari posse arbitror, plerasque tales scriptiones *Alexandriam*, *Romamque* habuisse quasi officinas, satis remotas a palaestinensibus Iudaeis; ex his vrbibus in alias prouincias tales libri dispersi fuerunt a Iudaeis eruditulis, qui sic quasi mercaturae genus apud alios efficerent, et vitae suae commoditatem non mediocriter adiuuarent. Iste *Hermas* iam excitat librum *Eldam* et *Modam*, (loco, *Eldad* et *Modad*, Numer. 11, 26. 27.) qui prophetati sint populo in solitudine. Sed quis tandem christiano auctori

(A) 5

hoc

hoc imponat? Atqui ille *Hermas Romae* scripsit, quicumque fuerit. Etsi enim etiam multi Christiani confingendis variis scriptiōibus incubuerunt: facile tamen intelligimus, prima huius studii rudimenta et tirocinia non convenire christianis; eos potius discipulos et imitatores novae artis fieri, postquam Iudaei viam quasi munivissent. Nec argumentum hoc, quod semper desumitur ex libris veteris testamenti, praecipue placere potuit christianis, quibus larga quasi seges in proprio agro succrescebat, si imposturas scribendi putarent nova consilia adiuuare. Ipse stilus tandem est ille graecorum Iudaeorum. Sed iam multa inferuerunt et *adsuerunt* christiani talibus scriptiōibus, praecipue istis *Testamenti Patriarcharum*, ut scilicet ista auctoritas eo facilius lectores Iudaeos commoveret.

§. 5.

Iam explicare licet, et quidem luculenter, varium et diuersum statum Christianorum ipsorum, per hoc primum seculum, per secundum et tertium; quorum scilicet tales opiniones, ideas et caerimonias sacras observamus, ut nullo modo a doctoribus apostolicis eas ideas desumisse dici possint. Sed primum omnium liceat redire ad ipsam vitam Iesu Christi, et eam docendi rationem, qua maxime eum usum esse legimus. Vixit igitur, quod ad publicam vitae rationem attinet, in Palaestina, quam tot peregr-

gri-

grini Iudaei quotannis, confirmandae religionis causa adibant, et vinculo quasi sacro inter se omnes constringebantur per communes libros sacros, quibus alii aliarum rerum indicia inferebant, omnes veteris superstitionis et vanitatis pariter pleni. Nulli enim ex *Essenis* continuabant istam religionem gentilem; interioris tantum, catholicae, praecipue studiosi. Inuenimus aptissimum saluberrime docturi modum; reuocat auditores a consuetudine et seruitio sensuum, ad mentis correctionem; commendat salutem et perfectionem animi, cultumque Dei πνευματικὸν et ἀληθινόν. Corrigit falsas ideas, de regno Dei, de potestate daemonum, sed ἡθικῶς corrigit; ideo parabolis utitur, ut vis conscientiae tandem hominem ipsa et sola moueat, et religionem communem, commune hominum ius et beneficium, persuadeat. Messiae provinciam describit moralem, adiuuat meliorem explicationem librorum veteris testamenti; spiritus Dei sanctum adiumentum omnibus promittit — — Iam homines eius temporis in memoriam reuocemus; scimus et nos, nobis tempore opus esse adiutore, ad perspiciendum verum; saepe intercedere negligentiam, et aliarum rerum consuetudinem; nec omnes amplecti meliora; tandem hi, illi, multi, quasi in nouam societatem coeunt; sed et hos inter multi in variis voluntatibus; nec tamen nulli sunt mites et probi doctoris inusitati socii. Attendamus semper ad animorum indolem, ad conscientiam.

scientiae modum, ad maximarum idearum vim et fatellitium quasi, in homine non truci aut flagitioso. Sic inueniemus primordia christianae religionis in hominibus; igitur primordia, non artificia, non summa iam decora et ornamenta; ut sunt in pueris omnia humana, sed nondum virilis aetatis documenta. Sciunt, se esse nouae doctrinae alumnos; sciunt, se *πιστευον*, quod nouum genus studii sui et exercitii antea ignorabant. Occiditur Iesus supplicio foedo; eo fortius et calidius amant et Christum et Deum. Succrescit etiam fiducia, Iesum in vitam reducem his et illis praebuisse se oculis et manibus vsurpandum; rediisse autem ad patrem, unde venerat. Noua pars fidei accedit. Diu haeserint variae aliae ideae; sed nouam religionem, quae animum omnem regebat, non euerterunt; quotidie aliquid decedit et accedit cognitioni historicae; sed nihil *πιστει* decedit. Satis bene haec habent. Sed multi alii non crediderunt; nempe, an omnes credere oportuit? Multi falsas opiniones retinuerunt, aut ab aliis didicerunt; fateor; sed num ideo nouam in animo lucem, nouam vim conscientiae, nullam experti? Quis sic statuatur? Longa est via, lentum est negotium, animi interna correctio; quotidianum est exercitium et continuum; sed spirituales Dei et Christi prouinciam, praeter istam naturalem *σχεσι*, tales homines ideo non omnino ignorarunt aut reiecerunt, quia tardius succreuit in illis vita haec spiritualis, quam Deus per Christum

stum instauravit. Hic multi Christiani se amant hoc diuino nouo iure; facile carent votis et desideriiis rerum, quae corporis voluptatem et animorum corruptionem adiuuant.

Sed multi sunt homines impostores, qui sermonibus de Messiae historia praesenti et futura, alios ludunt; fateor; hi non sunt Christiani; sed ideo Christus tamen auctor est religionis internae, quam tales homines non amare, mirum non est. Nec unquam existeret aliquis, qui religionis vim veram et castam, etiam illis hominibus persuadere possit, qui tenebras praeferunt luci. Tandem, ignoramus, quod hi Christiani, qui omnino supersunt, crediderint Christum esse secundam personam, et Spiritum S. esse tertiam; tres esse ὁμοῦς. Ignoramus; sed etiam illud ignoramus, semper oportere Christianos omnes idem ignorare, quod ignoramus istos Christianos adhuc ignorasse.

§. 6.

Iam ad Apostolos veniamus; non obliti diuerforum exercitiorum, quibus ingenia hominum, a gentibus diuisorum, solebant agitari; quorum alii hebraicis libris, quorum σωμα minus iam placeret, tribuebant πνευμα, atque multas narrationes ἐν πνεύματι excipiebant, liberri-
me intelligendi arbitrandique facultate vsuri; alii historiarum miracula augebant, et iudaici
po.

populi causa caelum terramque facile commo-
 ueri posse statuebant; a Christi, a Messiae tali,
 tam inexpectata prouincia, pariter alieni. Lo-
 cum aliquem iam sibi faciunt illi Apostoli; ho-
 mines, quasi pro tribuum numero, diuisi; so-
 cii illius Iesu per aliquot annorum spatium, acer-
 bi adhuc et recentis quasi omnes ingenii, si
 Ioannem seiungimus; cuius calidius, quam alio-
 rum fuit, pectus praecepisse quasi aliquid et oc-
 cupasse videtur noui sensus. Carent iam con-
 spectu huius Iesu, quem per aliquot hebdoma-
 das vitae restitutum, saepius experti erant; in
 caelum ascendisse illum sciebant; nullius iam
 regni in terra auctorem futurum. Concidunt,
 euanescent omnes illae imagines spei, quam Iu-
 daismo debebant; se iam inter homines vident
 relictos, testes inusitatae historiae Iesu, cui in-
 terfuerant. Animorum iam noui et inusitati
 motus subnascuntur; Deo se propiores fieri sen-
 tiunt; coeunt, conueniunt subtimidi tirones,
 fere ignari rerum omnium, quarum vim et ma-
 gnitudinem, velut e longinquo, prospiciunt,
 prospicere videntur. Alieni a ceterorum homi-
 num, suisque, pristinis votis et propositis, Deum
 omnes precibus adeunt; sciunt, fatentur, mul-
 ta superesse, Dei forte statuta et certa consilia,
 quorum ministerium et seruitium explere omnes
 ultro cupiunt. Agnoscimus animum illorum
 ab humanis rebus abstractum et Deo quasi pa-
 tentem, si piis hominibus velit illabi. Sentiant
 vim Dei; spiritum Dei caelitus ipsis aduenien-
 tem

tem experiuntur; aliam certe vim Dei nouo vsu distinguunt, quam quae rerum humanarum solitam naturam quotidie sustentat; aliis igitur rebus efficiendis destinata esse hunc animorum impulsu sciunt, sentiunt, experiuntur. Cognitionis aliud genus oritur in ipsis; quod insita virtute homines ipsos quasi nouo modo impellit, vt omnis vanorum votorum consuetudo rumpatur, vt omnibus ex rebus homines Deum vnice requirant, qui antea omnium rerum vsu, sine Deo, amabant. Iam noui oratores has res nouas etiam ad alios sermone commendant; hi variis in voluntatibus audiunt; itaque non possunt hi magistri nullam operam dare tam diuersis auditoribus, vt conscientiae vim ipsam adfiscant comitem nouorum studiorum. Spirituale regnum Dei describunt; hortantur homines ad *μετανοειν* et *πισιν*; hancque prouinciam Christo tribuunt, vt omnium peccatorum et vitiorum amorem hominibus adimat, prodita Dei meliori cognitione; quibus studiis iam mosaicae illae caerimoniae parum inferuiant. Diutius haerent Hierosolymis, in vrbe principe; persuadent, quibus possunt, aliam omnem Messiae formulam falsam esse; diuinitus constitutam fuisse talem historiam Iesu, hanc vnice conuenire vetustis carminibus, quae nouum foedus saepe portendant; iam auspicia regni Dei adesse etc.

§. 7.

Non sunt pauci auditores; accedunt multi in nouam societatem, baptismum suscipiunt, et simul obligationem, praefendorum iam doctorum nouorum; reiecta auctoritate Rabbinorum, et iudaicae particularis societatis sacrae. Discunt sanctiora praecepta; sed ita discunt, ut quisque capit. Remanent apud multos ideae iudaicae, quas coniungunt pro suo modulo cum christianiismi rudimentis. Qui Iudaei fuerant, veterem quasi superbiae gentilis gustum statim eluere non possunt; circumcisione carere et alios non posse multi decernunt; nec deest species religionis, ne cum impuris in societatem quotidianae vitae veniendum sit. In vrbe tamen raro est locus huic dissidio; societas enim succrescit praecipue ex Iudaeis. Iam ad externos etiam proferitur noua doctrina, ex Syriae vrbe principe *Antiochia* praecipue, studio Pauli, Barnabae et aliorum; noui iam societatis huius ciues sine circumcisione admittuntur; stupent illi ex Iudaeis, qui adueniunt; *abstinent ab istorum confortio*, ut Paulus Petri adeo exemplum huius cautionis repetit, Galat. 2. Permanet hoc *dissidium* in moribus et vitae ratione; Pauli discipuli vitantur quasi ab istis aliis, qui circumcisi fuerant, et legibus iudaicis adfuerant. Consentunt iam Apostoli, Actor. 15. in compositionem dissidii; remittunt omnes circumcisionem; in vitae tamen externae modo suadent, Iudaeos non publice

blice offendendos esse. Oportuit vel Paulum aliquid concedere his feruidis Iudaizantibus, Act. 21, 24. in templo certe votum explere non recusauit; atque vltro professus est, Iudaeis et se esse Iudaeum. Sed facile intelligimus, superfuisset multos aduersarios quasi, saltem alieniores a Paulo; quia plerisque in Epistolis non raro nec obscure queritur, de malis rerum suarum obseruatoribus; sicut fuerunt, qui in *Galatia*, Apostolorum aliorum auctoritatem mentiti, circumcisionem continuandam esse confirmarent; quibus se fortissime opposuit Paulus, argumentis variis commodissime usus. Nec puram et castam conscientiam horum magistrorum excusat; sed consiliorum prauitatem iis palam tribuit et exprobat.

Discimus igitur, praeter Christianos, quos imperitiores Iudaismi obseruatores dicere licet, fuisse homines oppido malos, imperitiae aliorum insidiantes; tertiam vero classem eorum, qui doctrinam apostolicam vnice sequerentur. Hos facile credimus, non raro per homines fideissimos misisse ad Apostolos Hierosolymis adhuc commorantes; cum noui semper instarent doctores, qui falso auctoritatem suae Pauli ipsius, siue aliorum apostolorum prae se ferrent. Itaque et credimus, istas Epistolas Apostolorum, quas *catholicas* dici inuenimus inde a Clemente alex., respondere variis quaestionibus, curis et fluctuationibus piorum discipulorum,

(B)

rum,

rum, quos hic ibi magistros et antistites constituerant.

§. 8.

Commodus hic locus esse videtur admonendorum lectorum, ne obliuiscantur aut negligent varias partes Epistolarum, Pauli praecipue, quae referuntur ad falsas opiniones multas; quarum origo tantum a talibus falsis fratribus repeti debet, qui ex vrbe vna in aliam circumibant, et suis rebus fingendo et mentiendo vnice dabant operam. Intelligimus, eos non vnus generis auctoritatem mentiri solitos; itaque aliquoties Paulus contradicit luculenter nouis mendaciis. Nec obscurae sunt refutationes in prima Epistola Ioannis, in illis Petri et Iudae; quia falsae doctrinae spargerentur Apostolorum nomine; quae omnes debentur aut calidioribus ingeniis Iudaizantium, aut nouae quasi philosophiae, quae historiam Christi humanam varie laederet et corrumperet; itaque de supplicio crucis alii tacebant, alii omnino negabant Christum *venisse in carne*; sicut illi Iudaizantes alieni erant a romanis magistratibus, et de reditu Christi in terram fabulas nouas commenti erant, quae populo facile placerent. Ista philosophica studia transiisse videntur ad *Gnosticos*, qui *γνῶσις* et *σοφία*, seu *πνεῦμα*, veteri iam exercitio non parum a graecis Iudaeis excultam, vnice amabant, contemtuque hebraicorum

corum historicorum librorum praecipiti, iam Iudaeos omnes offendebant; cum vel Paulus Iudaeis daret, post Christum, hanc operam, ut allegoricum studium non abiiceret, in Epistola illa ad Hebraeos, ad *Galatas*, ad Corinthios etc. quo studio etiam *Philo* tutari solebat historicas quasdam partes graecae translationis. Hunc Paulum, magistrum, porro auctor Epistolae, *Barnabae* nomine, simili consilio secutus est; quod nos ex temporis istius, non nostri, indole diiudicare conuenit. Altera vero pars Iudaizantium, *historiarum* adiumentum continuauit, de prouincia Christi *apud Inferos*; de portentis et miraculis, quae reditum in terram illustratura essent; cuius generis tandem et libri compilati fuerunt, *Petri* et *Pauli* nomine; ut veteris testamenti celebria nomina etiam talibus scripturionibus praefixa fuerunt, quae ideas et picturas Iudaizantes continerent; siue iam demum omnino confingerentur tales libri a Iudaizantibus magistris; siue interpolarentur tantum, acceptae ab impostoribus et fanaticis Hellenistis, qui non vanam spem concepissent, tales res haud dubie eo certius amatum iri ab imperitis Christianis, quod ipsum nomen *apocryphorum*, seu *secretorum* et *occultatorum* librorum, eo facilius fallere posset.

Huic sententiae nostrae, *de introductis talibus libris apud Christianos*, tum alia adiumenta non desunt, tum istud mandatum Pauli,

(B) 2

1 Tim. 4. 6., quod iubet Timotheum retinere την καλην διδασκαλιαν, et παραιτειν τας βεβηλως καὶ γραυδεις μυθας, seque ipsum *exercere* προς εὐσεβειαν, neglecta σωματικη γυμνασια. Tales μυθαι vix alii intelligi possunt, quam quibus quasi *supplementa* scriberentur *vetustissimarum historiarum*; his autem adminiculis alii (magistri) πορίσμον efficere solebant την εὐσεβειαν, cap. 6, 5. nempe, vt clare nominat, ἐτεροδιδασκαλῶντες. Auctoritatem *doctorum* opponebant doctrinae Pauli et Apostolorum. His sane iam *libris nouis* opus erat, ad auctoritatem comparandam. Similiter notat 2 Epist. 4, 3. homines, qui non contenti Apostolorum doctrina, aliorum magistrorum numerum conquirant, ἐπισωρεῦοντες διδασκαλως, pro votis et desiderijs suis. Hi sane magistri recentibus et acerbis mendacijs non inuenturi erant auditores; nisi vetustissimorum nominum et librorum auctoritate. Clarissime tales *magistros*, christianismo huic oppositos, describit in Epistola ad Titum, cap. 1, 10. 11. ex circumcisione utique, *docentes*, turpis lucri causa, iisdem tribuit v. 14., iudaicos μυθας, tales certe sunt in *apocryphis* istis historicis. Petri illa secunda epistola luculenter tribuit talibus *doctoribus* σοφισμένως μυθας, (eodem nomine hoc vitur,) quibus *vtantur* ad demonstrationem potestatis et aduentus Iesu Christi. Hic iam locus tam mihi videtur esse clarus atque luculentus, licet nemo interpretum hanc in rem illo adhuc vsus sit:

fit: vt vix dubitari posse putem, designari hic tales *apocryphos libros*, quorum argumentum diligenter sic aptatum fuit, *σεσχημασμενον*, vt Christum iam venisse posset lectoribus persuadere, sed et prouinciam externam ei tribueret. Conueniunt omnia, quae Petrus hoc capite 2. quasi collegit, praecipue, v. 18. velut oracula produnt *ὑπεροχὰ ματαιότητος*, ad fallentes homines. Iam, cum hic etiam hoc legatur, v. 20-22., auctores talium *μυθῶν* fuisse antea Christianos, et rediisse ad Iudaismum: arbitror satis iam patere, *quinam sint auctores talium scriptorum*, quae nomine *Apocryphorum* laudantur, inde a seculo 2.; scilicet, impostores recentes, qui fuerant antea ipsi in societate christiana; sed quibus illa castae virtutis praecepta et studia, iam minus arriderent; postquam perspexissent, viam facillime patere ad congerendas diuitias, quia multi homines satis faciles attentique auditores essent, quicumque tandem magistri surgerent. Hac iam ratione etiam propius intelligimus, fuisse omnino aliquam opportunitatem, repellendorum talium consiliorum, quae iam agitabant hi impostores; si Paulus et ipse alicubi vteretur quibusdam sententiis ex talibus libris; sicut in Epistola Iudae Henochi lib. r, seu *μυθῶς*, eodem proposito adhibetur. Numpe, quia apud hos homines iam aliquam auctoritatem nacti essent tales libri.

§. 9.

Liceat hanc causam etiam ex I Epistola Ioannis paululum illustrare. Vitur Ioannes inde ab initio adiumento sensuum, oculorum, aurium, manuumque; quo alii isti doctores improbi omnes carebant, ut efficiat hoc, ne Christiani aliam quasi in partem et societatem trans-eant. Pollicebantur isti *μυθοι* omne voluptatum genus; sed Ioannes *lucem* et *tenebras* longissime seiungit; cognitionem *ἀμαρτίας* spiritua-lem, quae Christianos vnice distinguit, confir-mat; provinciamque Christi tantum spirituaalem describit. Itaque iure obseruat, cap. 2, 7. nihil se *nouae doctrinae* habere; (qualem multi iam circumferebant;) sed v. 8. *καινην ἐντολὴν*, scilicet aduersus tot iam grassantes errores homi-num, in *tenebris* iudaicis adhuc versantium; vo-luptates in hoc mundo cupientium — et v. 19. clare dicit, *anticristi* venient ad vos; fatemur, postremum esse tempus; sed alio omine, ac isti depingunt. *Ex nobis, ex societate* christiana hi *exierunt*, futuri et ipsi doctores; sed vobis non opus est nouis doctores. Ego igitur ve-herementer fallor, aut iam omnes sententiae Ioan-nis noua quasi et certa luce augentur. Cap. 3, 2. nondum *ἐφανερωθῆ*, minime credendum est illis promissoribus, qui quasi depingunt no-uum mundi statum etc. si vero manifestatus fuerit, erimus *αὐτῷ ὅμοιοι* — plane, ut Pau-lus; non in hac terra edemus, bibemus, victis gen-

gentibus dominabimur. v. 4. omnes, qui porro istam vitam, tam improbam viuunt, suasu talium doctorum, sunt ἀνομοι, non minus, quam gentes, quibus ἀνομίαν tribuunt; nam ἡ ἀμαρτία talium, qui meliora didicerunt, est maxima ἀνομία, plane, vt Iacobi 4. 16. 17. Is est enim sensus huius carminis; loquitur de hominibus, qui meliora didicerant — Porro v. 5. Christus non ideo venit, vt regnum in terrarum orbe capefferet contra gentes; — igitur et omnes, qui necem et caedem gentium desiderant, sunt diaboli filii; sumus enim fratres, (Iacobi 3. 9. creati sunt omnes ad imaginem Dei;) cap. 4. multo diligentius admonet, cauendum esse a variis falsis doctoribus et prophetis; qui tacent de humana hac Christi historia in Palaestina; negant, eum (iam) venisse in carne; sed longe alium eius aduentum, imperatoris scilicet contra gentes, pollicentur. Hi igitur fuerunt homines fanatici; hostes crucis Christi, quales Paulus describit in Epistola ad Corinthios; qui longe alia narrabant de Christo, quam Apostoli; utebantur itaque aliis confictis scriptionibus et prophetiis; non illis nostris. Per tales magistros, eorumque propagatas scriptiones, mirum non est latissime, multas per prouincias et vrbes, disseminatas fuisse futes opiniones, falsas multas praedictiones, picturasque satis rudes, vt eo plures percellerent. Cerinthus funesta sollertia soler ab antiquis scriptoribus sic accusari, vt Apostolorum nomine reueiationes ho-

minem composuisse arguant; nempe *Petri, Pauli, Ioannis* nomine, ἀποκαλύψεις scimus olim amatoribus non caruisse; quod fanaticum ingenium praecipue a *Montanistis* porro ad alios transmissum fuit. *Sibyllistarum* imposturam vix dubito in hoc fere tempus pertinere, et vix multo serius ponendam esse; ut enim Iudaeis operam isti dederunt, qui *Henochi, Patriarcharum* et aliorum nomine varios libellos diffeminarunt; ita haud dubie etiam alii hanc operam impenderunt fallendis hominibus, qui nec Iudaei essent nec Christiani. Ipsum etiam argumentum partium quarundam, quibus constant ista *Sibyllina* conficta carmina, temporis illud interuallum poscunt, quod abest adhuc aliquantum a fine seculi secundi. Non est certe sine ratione et sine consilio, quod iam ille *Hermas Sibyllam* ipse inducit; quod nomen profecto Iudaeis et Iudaizantibus multo placere minus potuit, quam hominibus ex romana et graeca plebe.

§. 10.

Satis certum est, Pauli Διοκνησι diuissam fuisse ab illa διοκνησι ceterorum Apostolorum, qui in *Palaeestina* diutius haeserant; Galat. 2. ipse de hac compositione et distributione laborum publicorum, narrat Paulus. Ipsius igitur *Epistolae* non destinatae fuerunt istis aliis Christianis, qui Apostolis ceteris illorumque ministris

stris obsequebantur. In *Palaeestina*, statuere audeamus, locus non fuit epistolis scribendis; quia Christiani et pauciores in his prouinciis essent, regnabant enim Iudaei; et facile inuifere licebat ecclesias, saltem per nuntios, diaconos. Cum vero extra *Palaestinam* multi etiam a Iudaeis transirent ad nouam societatem Christianorum, dediti adhuc omnes legibus mosaicis: facile credimus, et hos Christianos Pauli Epistolis non vsos fuisse, quia non commendarent iudaicas illas caerimonias et consuetudines; quibus potius non raro vltro contradixerunt, ne a Christianis nouis adsciscerentur. Succreuisse sensim quaedam vitia et odia horum Iudaizantium, haud dubie adiuvantibus istis publicis aduersariis, aduersus Pauli discipulos, et omnem *τροπον παιδειας*, quem Paulus apud suos praefererebat: adeo non est dubium, vt historiae ferre auctoritas non desit. Vel *Eusebius* narrat, (histor. lib. 3.) fuisse Christianos huius alterae partis adeo a Paulo alienos, vt famam eius diris modis laederent, nec eius institutione et scriptis vterentur. Inest etiam in illis *Clementinis* hic ibi satis clarum vestigium huius malignitatis; quae vel ipsi *Petro* tribuitur, ab auctore huius compilationis. Itaque iam ab aliquo tempore iui in eam sententiam, *Lucae* illum historicum commentarium, *Actus Apostolorum*, praecipue huic consilio destinatum fuisse, vt vtriusque partis praecipites fautores ad mitiorem iudiciorum modum adducerentur; sicut certum est, *Euan-*
gelium

gelium a *Luca* praecipue oppositum fuisse falsis aliorum narrationibus, quas iam litteris traditas disseminabant; itaque locupletissimos testes, *αὐθεντας*, appellat, quibus isti alii uti non poterant. Ista igitur narratio de rebus gestis Apostolorum similiter opposita est confictis novis historiis, quae Petro auctoritatem maximam sic tribuebant, ut Pauli merita, quae apud istam aliam partem locum habebant, obscurarentur. Itaque et ratio quasi reddi poterit, cur tam multarum Epistolarum mentionem nullam fecerit Lucas, comes tamen Pauli, usque ad illud tempus, quo Romae commoratus est. Nempe ne istam aliam societatem offenderet, quae isto tempore nullas Epistolas a Petro, Iacobo — acceperat. Itaque non dubito statuere, per omne illud tempus, quod complectitur haec Lucae historia, nec *Iacobum* nec *Petrum* scripsisse iam aliquam Epistolam; aliter ad res *Hierosolymis* gestas pertinuissent hae Epistolae, atque silentio omnino praeteriri a Luca non potuissent, sine eximia specie studii partium. Sed et illud addere aulam, Pauli Epistolas *tempore praecessisse* Epistolas istas Iacobi, Petri, Iudae, forte et Ioannis istam primam.

§. II.

Istam sententiam, etsi minus iam usitatam, rationibus non omnino destitui arbitror; licet verbosius iam huic rei vix liceat dare operam.

Pri-

Primum illud obseruamus, *argumentum* Epistolarum Pauli praecipuarum non occultatum fuisse a discipulis; itaque *innotuisse* facillime etiam alteri isti christianorum parti, quae res suas seiunctas habuit a schola Pauli. Itaque intelligimus, hic ibi Pauli doctrinam, *πισει*, sine operibus et institutis iudaicis, homini contingere *σωτηριαν*, corrumpi et deprauari potuisse ab hominibus leuibus et impuris, qui iam et hanc societatem, quae ex Iudaeis colligi solebat, peruertere auderent. *Iacobus* igitur iure suo his falsis magistris contradixit, *de fide*, cuius falsam imaginem iactabant; licet minime esset, cur Paulo contradiceret. *καλα* enim seu *ἀγαθα ἔργα*, Paulus quam maxime ipse commendabat; sed *ἐργα* illa *iudaeica* diligenter exclusit a noua religione. Isti autem corruptores talia *ἐργα καλα* maxime negligebant, voluptatibus vni- ce dediti; hos itaque *Iacobus* iure vituperat et reprehendit, a Pauli doctrina minime ipse alienus. Haec certe Iacobi disputatio, quae *Abrahami* exemplo similiter vitur, ut Paulus usus fuit, non potest *ratione temporis* poni ante Pauli illum *προπον παιδείας*, in hoc consentiunt omnes interpretes, inde a vetustioribus. *Abrahami* haec *ἐργα*, quae collaudat Iacobus, similiter non sunt Mosaica illa.

Iam et *sententiae* plures ita conveniunt, ut vix dubitare liceat, peruenisse aliquarum Epistolarum Pauli apographa ad Iacobum, per fra-
tres

tres seu Christianos alterius partis; e. c. Iac. 1, 3. Rom. 5, 3. quae similitudo satis magna est; praecipue si intelligamus *Iacobum* alloqui doctores; sicut Paulus ibi de se loquitur, nos *καυχόμεθα*, quod profecto idem est, ac *πασαν χάραν ἡγησασθε*.

v. 4. *ἐν μηδενι λειπομενοι*, de doctoribus scilicet, idem est, ac 1 Cor. 1, 5. 7. *ὑμᾶς μη ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενι χαρισματι*, atque vix dubito, sensum in loco Iacobi sic omnino explendum esse, *ἐν μηδενι (χαρισματι) λειπομενοι*, si scilicet comparentur illae vestrae societates cum istis aliis Paulinis. Nam *omnibus* e plebe hanc sententiam applicari, mihi quidem non possum persuadere; hac vero ratione non parum lucis accenditur, qua, si caret, tantum non friget oratio. Igitur et illud, quod sequitur, *εἰ τις λειπεται σοφίας*, explendum est, *ταυτης*, v. 6. *κλυδωνι — ἀνεμιζομενω*, satis convenit cum Ephes. 4, 14. talis enim est *quasi κλυδωνιζομενος και περιφερομενος παντι ἀνεμω*. Est eadem descriptio.

v. 12. *σεφανος της ζωης, ὃν ἐπηγγειλατο ὁ κυριος*, quod fere redit cap. 2, 5. eximie imitatur illud 2 Timoth. 4, 8. *της δικαιοσυνης σεφανος, ὃν ἀποδωσει μοι ὁ κυριος* — *πασι τοις ἡγαπηκοσι την ἐπιφανειαν αὐτε*, quod 1 Cor. 2, 9. simillime effertur, quae paravit Deus *τοις ἀγαπωσι αὐτον*.

v. 14.

v. 14. πειραζεται, eo significatu, vt simul occupet tentatum succubuisse, seu προληφθῆναι ἐν παραπτωματι, eodem omine legitur, Gal. 6, 1. μη καὶ συ πειρασθῆς. v. 15. ἐπιθυμία, τικτεῖ ἁμαρτίαν, et haec ἀποκτείνει θάνατον, conuenit cum Rom. 7, 7. ἐπιθυμίαν non noueram, ἁμαρτία ἀφορμὴν λαβὼσα κατεργασατο ἐν ἐμοὶ πᾶσαν ἐπιθυμίαν, quod est idem ac ἐπιθυμία συλλαβὼσα; atque porro Rom. 7, 11. ἁμαρτία ἐξηπάτησε με καὶ ἀπέκτεινεν, occidit me, quod est idem, ac solebat ἀποκτείνειν θάνατον.

v. 18. Vt nos simus ἀπαρχὴ τῶν αὐτῶν κτισμάτων. Paulus saepius καὶνὴν κτίσιν commendat, et Rom. 8, 22. christianos describit, ἀπαρχὴν τῶν πνευμάτων ἔχοντας. Nisi igitur dialectici quasi moralis societatem a Paulo deriuare velimus, ex iisdem fontibus apocryphis phrasin desumfit et correxit Iacobus. v. 21. ἀποθεμενοί, est Pauli verbum, Coloss. 3, 8. ἀποθεσθε — κακίαν, (hoc nomen et apud Iacobum est, qui et paulo ante ὄργην nominauit.) Eodem verbo Paulus vñtur Rom. 13, 12. Ephes. 4, 22. 25. Idem versus 21. exhibet δεξασθε τὸν λόγον, est et haec Pauli phrasis, 1 Thessal. 1, 6. 2, 13. vñ v. 16. λαλήσατε, scil. τὸν λόγον, ἵνα σωθῶσιν gentes, vt hic dicitur, δυναμενον σώσατε. Sed et illud v. 22. ποιῆσατε λόγον καὶ μὴ μόνον ἀκροαταί, reperitur Rom. 2, 13. non ἀκροαταί sed ποιῆσατε. Item παραλογίζεσθαι, Coloss. 2, 4.

Iac.

Iac. 2, 4. ἐγενεσθε κριταὶ διαλογισμῶν πονη-
 ρῶν, in memoriam reuocat illud Rom. 14, 1. μὴ
 εἰς διακρίσιν λογισμῶν. Argumentum certe est
 simillimum. Paulus hortatur, si quis sit istos
 inter Christianos ἀσθενεὶς ἐν πίστει, tum peritio-
 res hunc debere προσλαμβάνεσθαι, nec atten-
 dendum esse discrimen διαλογισμῶν, quod utros-
 que seiungit. Minime in lucem publicam
 protrahendos esse διαλογισμοὺς imperitiorum,
 ad ipsorum contemptum et pudorem; lice-
 re et his sequi cognitionis minorem modu-
 lum. Similiter Iacobus reprehendit eos, qui
 secessionem hac ratione fecerint et schisma;
 (vulgatam enim lectionem reiecimus;) prauam
 et falsam sententiam tulisse tales iudices; diuites
 et pauperes sic quasi alium in ordinem seiun-
 ctos fuisse; quod societatem non minus rumpit,
 quam si peritiores imperitioribus exprobrent
 difficiliorem conscientiae consuetudinem.

v. 5. ἂν ὁ θεὸς ἐξελεξάτο τὰς πτωχὰς τὰ
 κοσμοῦ, est simillima sententia isti Pauli, 1 Cor.
 1, 27. τὰ μωρὰ τὰ κοσμοῦ ἐξελεξάτο ὁ θεός.
 Nempe pauper vbique iacet; diuites et luxui
 deditos, nemo, qui non est Christianus, solet
 stolidorum in numero habere; optant potius
 plerique diuitias, aut diuitum consuetudinem.
 Iam tota illa tractatio v. 8. seqq. videtur com-
 modissime illustrari ex Rom 13. et 15. Iacobus
 commendauerat legis illam partem, ἀγαπήσεις
 τὸν πλησίον σου, et prohibuerat προσωπολήπτεν,
 quod

quod omnino refertur ad Christianos, qui non essent ex Iudaeis, nec essent in honore aut lauta fortuna. Atque clare proponit his Christianis, qui porro legem Moſis ſeruarent, ſi omittant legis ſummam, amorem in alios, τον πληſιον, tum totam legem re ipſa negligi. Hanc nouam legem, νομον ελευθεριας in memoriam reuocat v. 12. εγω λαλειτε, (doctores vtiq̃e admonet, vt λαλειν ſaepe eſt docere;) και εγω ποιητε, in adminiſtratione beneficiorum; ſatis gnaros eſſe poſſe eximiae indolis nouae religionis, quae minime patitur immites eſſe in Chriſtianos e gentibus. Itaque κατακαυχεται, iam, hoc tempore, ελεος, ſcil. Dei, κατα της κριſews, Deus non damnat gentes, vt Iudaei ſolebant iam diu decernere; vitur potius miſericordia in gentes. Hanc partem audeo illuſtrare ex Rom. 13, 8. 10. et 15, 1. μη εαυτοις αρεſκειν, potius τω πληſιον, εις το αγαθον, exemplo Chriſti; ita ονειδιſμοι gentium, quibus a Iudaeis iſtis rudioribus excipiebantur tales Chriſtiani, qui gentium conſuetudinem iam admitterent in communi religione, etiam ſuſtineri debent ab his Chriſtianiſ; quos ceteri Iudaei iam auerſaturi erant, ſi cum gentibus ſocietatem inirent ſacrorum. Iam pergit Paulus v. 7. διο προςλαμβανεſθε αλληλες, etiam hos Chriſtianos e gentibus, ſiquidem gentes iam Deum laudibus afficiunt, υπερ ελεος, v. 9. Hoc nomen ελεος puto etiam in loco Iacobi explicandum eſſe de perſpecta iam miſericordia Dei in gentes; his igitur omnia beneficia
et

et ministeria impertienda esse. Solent apostoli in epistolis το ἔλεος Dei praecipue celebrare et commendare. Cum igitur hi e gentibus sint similiter οἰκεῖοι τῆς πίστεως (seu νομῆς ἐλευθερίας) Galat. 6, 10. quod hic explicatur, ἀδελφός et ἀδελφή: sequitur omnino, si quis πίσιν hanc profiteatur, eum etiam debere haec beneficia poscere, quibus maxime illi opus est, cibos, vestes etc. Quod Paulus nominavit Rom. 15, 5. το αὐτο φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις (κατὰ χριστόν) id hic est νομός (ἐλευθερίας.)

v. 23. 25. Abrahami et Rahabae exemplum videtur eodem consilio vsurpari, ac Hebr. 11. Ista autem sententia, ἡ πίσις συνηργεῖ τοῖς ἔργοις, a Paulo effertur Gal. 5, 6. πίσις ἐνεργουμένη δι' ἀγάπης. Iac. 4, 12. σὺ τις εἶ, ὅς κρινεις τὸν ἕτερον, dixit Paulus simillime Rom. 2, 1. ἐν ᾧ κρινεις τὸν ἕτερον, et Rom. 14, 4. σὺ τις εἶ, ὁ κρινων ἄλλοτριον οἴκετην.

§. 12.

Sed iam huic rei porro operam dare non licet; facillime lectores, qui hos libros sacros quotidie versant, magnam etiam *convenientiam* Epistolarum *Petri* cum ista *Iacobi* obseruabunt; nec deest in altera *Petri* c. 3. istud clarum indicium, lectas fuisse plures Pauli Epistolas ab auctore; easque iam apud alios Christianos, ex istis Iudaeis, in honore fuisse; itaque auctorita-
tis

tis quasi caussa, etiam ablegat istos lectores suos ad has Epistolas. *Iudae* autem illa epistola satis luculenter occupat istam Petri secundam; similiter conuenientiam *vonparaw*, quae occurrunt in Pauli Epistolis, etiam in istis Petri non obscuram esse, facile intelligitur. *Epistolarum* igitur scribendarum exemplum quasi praeiuit Paulus, quod imitati sunt postea alii Apostoli, ut istas societates Christianorum ex Iudaeis aduersus errores hominum partim fanaticorum, partim improborum munirent; qui non minus has societates turbabant, quam istas Pauli variis opinionibus quasi infecerant. Haec videntur satis certa esse, atque non mediocriter has Epistolas pluribus in locis illustrant. Iam vero id potius obseruo, Epistolam *Iacobi* primum omnium ysurpatam, et lectam fuisse, ab auctore, qui *Hermæ* nomine istos libros scripsit, qui *Pastoris* nomine solent excitari; nondum usus est hac Epistola *Irenaeus*, *Iustinus*, nec *Clemens alexandrinus*. *Indicibus* enim locorum scripturae, fides haberi non debet. Ista caussa, quod ignota adhuc fuit his scriptoribus ecclesiasticis, videtur porro suppeditare opportunitatem, repetendae historiae illius, quae est tam obscura atque ignota. Nempe facile credimus, per Christianos ex Iudaeis etiam hanc epistolam *Iacobi*, primo quoque tempore *Romam* allatam fuisse ad illam societatem christianam, quae hic ex Iudaeis collecta fuit; itaque Romae prius innotuit, quam aliis in vrbibus, quae Iudaeorum

(C) mi-

minorem frequentiam solerent efficere; sed sine nomine *Iacobi* adhuc vsurpatur ab hoc scriptore. Non interpretor, cur nomen *Iacobi* non additum fuerit; perspicimus autem, hunc librum *Pastoris*, qui *Hermæ* illius nomen fumsit, quem Paulus salutatur Rom. 16, 14. eo omnino consilio scriptum esse, ut discipulus, ut credi debebat, Pauli, ipse vsurpans hanc epistolam *Iacobi*, eo facilius alios adduceret, ad Pauli scholam et istam societatem exludæorum coniungendam. Et si enim historica auctoritas non adest, præter *Origenis* coniecturam et *Eusebii* narrationem: vix tamen dubitari potest, de isto consilio eorum, qui *Hermæ* huius nomen huic libello adaptandum esse statuerunt. Videtur et *Tertullianus* aliquid eius rei innuere, diuisas fuisse sententias ecclesiarum de hoc *Hermæ* libro. Ita enim (libro de pudicitia c. 10.) scribit: cederem tibi, si scriptura *Pastoris*, quæ sola moechos amat, diuino instrumento meruisset incidi; si non ab omni concilio Ecclesiarum, etiam *vestrarum* (sic se et *Montanistas* a catholicis, seu *Psychicis*, distinguere audet;) inter *apocrypha* et *falsa* iudicaretur; adultera et ipsa — Hic clare fatetur, etiam catholicos doctores nondum recepisse librum *Pastoris*, sed inter *falsa* et *apocrypha* scripta reputasse; i. e. non credidisse, istum *Hermam*, seculi primi, esse libri auctorem. Notabimus hic, nominis *apocryphorum* sequiorem significationem. Igitur *seriorem* ratione temporis existisse libri scriptorem, post seculum

seculum primum; ergo inde ab a. 110. 120. forte; vt sub initia *Montanistarum* satis iam frequentatus is liber fuerit, et sperni atque reiecti ab his potuerit. Reiecit *Tertullianus*, Montanista: licet, cum adhuc esset inter catholicos, in libello de *oratione*, huius libri *tantam auctoritatem iam fuisse* fateatur, vt ipse intercedendum esse statueret: — si aliud quid fecisset pastor, *id quoque ad observationem vindicaremus*; quae est sententia reprehendentis. Nec bene conuenit haec sententia indignantis, *ob nimiam auctoritatem*, cum isto superiori loco, qui affirmabatur, adulteram iudicari hanc scripturam *Hermæ ab omni concilio ecclesiarum*, etiam *catholicarum*; quia, si tanto in honore fuit ille liber, vt, ad *Hermæ* de se narrantis exemplum, etiam alii Christiani iam adsignata oratione *assidendi* morem sequerentur: minime verum esse potest, istum librum a concilio omni ecclesiarum reiectum fuisse. Συνοδον ἐκκλησιῶν interpretor, Presbyteros et rectores ecclesiarum, scilicet istis in partibus *Romæ*. Hic enim, *Romæ*, is liber scriptus fuit; saltem *viam Appiam* et eius generis alia commemorat; vt auctor *Romæ* scripsisse credi debeat. Iam vero comparabimus *Irenaeum*; scriptorem temporis eiusdem, quo vixit is *Tertullianus*; qui et ipse a partibus *Montanistarum* fuit; quod nuper demum certius perspeximus; licet veterum nemo hoc narret aut explicet. *Irenaeus*, quod obseruauit *Eusebius* (histor. eccles. lib. 5. c. 8.) οἶδεν καὶ δε-

ἔχεται τὴν τὴ ποιμενὸς γραφὴν, bene pronuntia-
 uit scriptura (quaedam, scil. *Pastor.*) Nempe
Romae haud dubie eam vidit et legit; nondum
 tamen legit Epistolam *Iacobi*, *Petri*, *Iudae*.
 Fuerunt igitur hae Epistolae primum in mani-
 bus christianorum ex Iudaeis; ex his autem orti
 sunt Montanistae, fatis iudaizantes. Ille vero
 auctor *Pastoris* fuit ex *catholicis*, et id operam
 dedit, ut christianos ex Iudaeis coniungeret cum
 discipulis Pauli; usurpare itaque incepit has
Epistolas Iacobi et Petri; atque ita innotuerunt
 etiam his doctoribus, qui essent statores socie-
 tatum, quae Pauli auctoritatem maxime seque-
 bantur. *Clemens alexandrinus Pastorem* decies
 certe excitat, et δυνάμιν diuinam scriptori tri-
 buit; sed nondum ipse vitur Epistolis *Petri*,
Iacobi; in libris illis, qui nobis supersunt. Sed
 in *hypotyposesi* fecerat *epitomas*, μηδε τὰς ἀντι-
 λεγόμενας παρελθὼν, τὴν Ἰᾶδα, καὶ τὰς λοιπὰς
 καθολικὰς, Eusebius hist. lib. 6. c. 14. quia illa-
 rum apographa nondum essent frequentia in so-
 cietate illa Paulina. Hac ratione facile rectius
 intelligimus *Eusebium*, qui duplicem *canonem*
 seu *catalogum* librorum luculenter commemo-
 rat; distinguit enim libros ἀντιλεγόμενους a ca-
 tholicis, seu ubique receptis; has *catholicas* sic
 describit; *Iacobi* haberi (a quibusdam) *spu-
 riam*; (de qua re *Hieronymus* pluribus, ut so-
 let, loquitur, quam Eusebius;) non multos
 antiquiorum meminisse epistolae *Iacobi*; sed
 (postea) cum ceteris (catholicis) in plerisque
 eccle-

ecclesiis publice (etiam isto tempore) legi. Verissima est haec narratio; apud antiquiores doctores, Pauli scilicet discipulos, pro falsa Epistola habitam esse; scilicet, hi, sicut *Lutherus*, *Flacius* et alii, Paulo hanc epistolam contradicere putabant; ergo Apostoli *Iacobi* minime esse. Nempe, quia tantum apud istas ecclesias innotuerat Epistola Iacobi, Petri, Iudae, quae erant christianorum ex Iudaeis; ergo sensim demum istae ecclesiae Paulinae, (liceat ita loqui breuitatis causa) epistolas, quae ipsis destinatae non essent, publicum in usum admiserunt, iungendarum reliquiarum causa, quae supererant ex istis ecclesiis. *Per centum fere annos* certum est, has epistolas ab istis scriptoribus seculi fecundi, ne excitari quidem; tantum abest, ut omni tempore fuerint omnium ecclesiarum. Primus igitur ille auctor, qui *Hermæ* nomine venit, id studuit, cum esset ipse ex partibus Paulinarum ecclesiarum, ut istae aliae ecclesiae adiungerentur ad societatem ceterarum plurium; id consequi omnino hac ratione potuit, quod usus est Epistolis illis, quae fuerant adhuc solae in honore apud ecclesias ex Iudaicas; iam et hae sensim Pauli epistolas admiserunt, et sic seculo 4. omnes ecclesiae graecae conveniebant in catalogo Epistolarum. Ista historia, si vera esse cognoscitur, confirmat nostram sententiam: consilium canonis seu catalogi sacri fuisse externum.

§. 13.

Nomen ipsum *catholicae* epistolae, quod ante *Origenem* non reperitur, hoc secum fert, ut distinguantur ab Epistolis Pauli, quae catholicae, hoc omine, dici non poterant; iam vero, cum essent hae non Paulinae certo numero, septem, ἑπτὰς, comprehensae, earum ista similitudo quasi oculis patebat. Itaque iam demum, postquam hae epistolae in corpusculo quodam collectae erant, nomen *catholicae* optime illis conueniebat; hoc corpusculum non fuit ante seculum *tertium*; i. e. antea nemo ex ceteris scriptoribus societatis e gentibus, oculis et manibus usurpare potuit. *Clemens* alex. qui uiuendo attigit initia seculi tertii, videtur primus, ex graecis, (non ex Iudaeis) doctoribus possedisse has septem epistolas; *Eusebius* enim satis certo hoc narrat, quod *epitomas* confecerit etiam ex libris ἀντιλεγόμενοις, nec hos παρῆλθον; sic scribit *Eusebius*. Isto igitur tempore *Clementis* alex. nemo quasi miratus fuisset, si praeteriisset; ergo nondum fuerunt in catalogo ecclesiae alexandrinae harum partium, quae adhuc sequebantur Pauli auctoritatem. A *Clemente* igitur *Origenes* accepit corpusculum hoc 7 Epistolarum, seculo 3; et is videtur commune hoc nomen καθολικαί, inuenisse, ne opus semper esset copiosiori descriptione. Iam requiramus etiam oportet, unde tandem *Clemens* alex. accepit istas epistolas septem, praeter Paulinas? cum certum sit, *Theodorum*, epum Mopsue-
tias

fias seculo 4to fere finiente has epistolas nondum omnes recepisse, nec veterem translationem syriacam inuenisse iam corpusculum aliquod ecclesiasticum, constans septem epistolis? Vix dubitandum esse puto, quin *Clemens alex.* in fuga aut itinere in *Cappadociam* (a. 202.210.) harum Epistolarum notitiam sibi parauerit, sicut aliarum scriptionum apographa inde secum retulit. Nam *Tertullianus* omnibus his epistolis et apocalypsi vsus fuit; eas igitur accepit ab illis locietatibus Christianorum, qui venerant ex Iudaeis. Hi Iudaeochristiani porro *Romae* quasi sedem et arcem sacrarum rerum habebant; postquam bellum iudaicum et nouae turbae sub *Hadriano*, hos Christianos ex Palaestina, Syria, et Asia minori quasi eiecerat. Substituerunt in *Pbrygia* illi, quos solent dicere Montanistas; qui et ipsi in *Italiam* et *Galliam* quasi colonias miserunt; hi coloni attulerunt etiam hos suae partis libellos. Manserunt igitur hae epistolae cum apocalypsi quasi in manibus doctorum huius societatis, quibus inde ab initio destinatae fuerant, in Asia scil. minori. Certum est ex Eusebio, (histor. eccl. 6, 11.) hunc Clementem, secum tulisse Epistolam *Alexandri*, episcopi Flauianos, quem antea discipulum habuit. Sed ad διασποραν — καππαδοκίας scripsit *Petrus*; *Iacobum* non obscure imitatus. In *Asia* igitur minori, hae Epistolae primum innotuerunt huic *Clementi alex.* Facile porro credimus *Clementis* commentaria, ὑποτυπώσεις, Alexandriae praecipue fuisse as-

seruata; ex illis igitur didicit et requisit *Origenes* has Epistolas; ex eadem Asia minori allatae fuerunt *Romam*; sed diu ignoratae in *Syria* et aliis in regionibus. Haec testimonia fere sola supersunt; sed satis certa; *Clementis* alex. atque *Origenis*, ex seculo 3; *Hermiae* autem iam seculo 1. aut 2. initio; ut in Epist. *Clementis* rom. prima allegatur sententia ex 2 *Petri* secunda. *Marcionem* et *Gnosticos* scimus, has epistolas aut omnino ignorasse, aut tamquam ipsis non destinatas et aliis imperitioribus tantum utiles, non usurpasse; licet *Marcion* et ex *Ponto* fuerit et *Romae* aliquamdiu vixerit. Operae pretium videtur ex illa Epistola *Agrippae*, quam ad *Caligulam* scriptam fuisse narrat *Philo*, (de legat. ad *Caium*;) describere istas *Iudaeorum colonias*, quas ex vrbe Hierosolyma, (si placeat) diuersis temporibus varias in prouincias et regiones missas fuisse, *Agrippa* scribit. Nempe in *Aegyptum*, *Phoenicen*, *Syriam*, in *Pamphyliam*, *Ciliciam*, in *Asiam* minorem, vsque in *Bithyniam* et in *Pontum*. Porro esse *Iudaeos* multos in *Europa*, in *Thessalia*, *Boeotia*, *Macedonia*, *Actolia*, *Argis*, *Corinthis*, in *Peloponnesi* partibus; etiam in insulis, *Euboea*, *Cypro*, *Creta* — — Hac in narratione id quidem praestare nolim, ex vrbe Hierosolymis, tales colonias missas fuisse in istas prouincias, nisi quis redeat in antiquiora tempora, ante Christum; aut vsque ad *Alexandri* aetatem, qui milites *Iudaeos* habuisse dicitur, qui tandem con-

fe-

sederunt in *Lydia* et *Phrygia*; sed hoc in memoriam reuocat nobis, tum istam descriptionem, *Actor. 2, 9-11*, vbi peregrini Iudaei Hierosolymis sacrorum publicorum causa, conuenisse leguntur; tum istam narrationem, post caedem *Stephani*, *Actor. 8, 4.* et cap. *11, 19.* *dispersos* ex Palaestina novos Christianos peruenisse in *Phoenicen*, in *Cyprum*, *Antiochiam*; nouam doctrinam nemini exponentes, sed solis Iudaeis, qui istis in regionibus iam habitabant. Oculis quasi videmus sacram societatem ex Iudaeis colligi; spreto adhuc gentibus. Iam sinamus annorum aliquem numerum interea effluere; atque Pauli discipulos novos eodem tempore per istas regiones succrescere; orietur haec opportunitas, scribendarum a *Iacobo*, *Petro*, *Ioanne*, *Iuda*, epistolarum; quae, cum destinatae essent his ecclesiis ex Iudaeis, intelligimus sane, diu non innotuisse, aut certe diu non usurpatas fuisse, apud ecclesias istas, quae Pauli auctoritatem sequerentur. Atque sic seculo demum 4. exeunte adiectae fuerunt istae epistolae catholicae, *catalogo epistolarum christianarum*, cum ecclesiae ex Iudaeis porro aut nullae superessent, aut illarum statores mallent esse in societate ceterarum, quam ob paucitatem domesticam fere contemni. Sic fere statuere audeo in ista harum rerum obscuritate.

§. 14.

Supereſt, vt colligam iſtas ſententias ex *Hermæ Paſtore*, quae ſatis luculenter ſunt ex

(C) 5

Epi-

Epistola *Iacobi* desumptae, licet nomen auctoris non sit expressum; ut satis pateat, *Romae* hanc Epistolam isto tempore iam notam fuisse, quo *Hermæ* liber conscriptus fuit; atque sic ex hac vrbe, Roma, etiam porro propagata fuit in Aegyptum notitia tum huius libri, tum talium Epistolarum, quae seruabantur a Christianis ex Iudaeis. Recensebo breuiter ipsum *Hermæ* librum, ut eo certius series idearum, quas coniunxit, possit obseruari; nec negligam ea, quae sic legenti occurrunt, ut utilissime et facillime adhiberi possint, ad illustrationem aliarum Epistolarum Apostolicarum.

Lib. I. Visio prima, 1. — mulierem concupiueram — in corde tuo adscendit concupiscentia nequitiae (ἐπιθυμία πονηρίας, haud dubie graece fuit.) — qui nefanda cogitant — mortem et captiuitatem assumunt — maxime ii, qui — gloriantur in diuitiis suis, et non exspectant futura bona. Haec faciunt *dubii* (δυσυχοι) — sed tu ora ad dominum, et sanabit peccata tua. Hic comparo Iac. 1, 14. 15. ἐπιθυμία, θάνατον, et v. 8. καυχασθω, 11. πλεσιος ἐν ταῖς πορείαις αὐτῶν. cap. 5, 16. ὅπως λαθῆτε, ut sanemini. Visio 2, 2. coniux tua, compescat linguam suam, in qua malignatur; in negotiationibus malignis implicitus es; — si libellum dedissem senioribus — qui praesunt ecclesiae. Iacobi 3, 8. γλῶσσαν δαμάσας, 4, 13. ἐμπορευσάμεθα — 5, 14. aduocet presbyteros eccle-

liae. Visio 3, 1. *Sede hic*; dico ei, sine feniores *ante sedere*, est cognatum Iac. 2, 3. καθεωδε, seruato discrimine honoris caussa. 4. Reuelationes — propter *dubios*, qui cogitant in cordibus suis, vtrumne sint haec, an non sint; sic in Epist. Barnabae, n. 19. μη διψυχησης ποτερον εσται η ε, vtrumque videtur esse ex Iac. 1, 8. ανηρ διψυχος, aut 6. διακρινόμενος. 6. — alius aduersus alium in cordibus discordiam habent, et non habent pacem inter se; in praesentia quidem pacem habentes; cum autem vnus ab alio discesserit, nequitia in cordibus eorum permanet. Iacobi 3, 14. εριθειαν εχετε εν τη καρδια υμων — 18. εν ειρηνη ποιουντες ειρηνην. — Habentes quidem fidem, habentes autem et diuitias huius seculi. Cum ergo venerit tribulatio, propter diuitias suas et negotiationes, abnegant dominum; forte illustrat Iac. 5, 1. seqq. 7. *Crediderunt* quidem; *dubitatione* autem sua reliquerunt *viam veram*, putantes se meliorem viam posse inuenire; Iac. 5, 19. Ii sunt, qui *verbum audierunt*, (ακηκοαυτες λογου) volentes baptizari in nomine domini — sed retrahunt se, ambulantque rursus post desideria sua scelesti; Iac. 1, 23. seqq. 8. *Fides* vocatur; per hanc salui fient electi Dei; *abstinentia*, est filia fidei; ab operibus malis omnibus abstinebit — quinque filiae, simplicitas, innocentia, modestia, disciplina, caritas. Cum ergo seruaueris *opera matris* earum, omnia poteris custodire; Iac. 2, 18. εκ των εργαων ostendam tibi fidem.

9. Pa-

9. Pacem habete alius cum alio, et visitate vos alterutrum, et suscipite inuicem, et nolite soli creaturas Dei percipere. Abundantius impertite egentibus. Quidam enim compluribus cibis, infirmitatem carnis contrahunt, et violant carnem suam. Aliorum autem, qui non habent escas, marcescit caro ipsorum; propter id, quod non habent sufficientem cibum, et consumitur corpus ipsorum. Haec conueniunt non solum cum 1 Cor. 11, 21. 22. sed et illustrant Iac. 2, 15. 16. Ibidem — qui gloriamini in *diuitiis*, — vobis dico, qui praeestis ecclesiae et amatis *primos confessus* — videte ne *dissensiones vestrae* fraudent vitam vestram. Quomodo vos *erudire vultis* electos Dei, cum ipsi *non habeatis disciplinam*, — conferre licet Iacobi 2, 3. de sede eminenti, v. 4. διακριθῆτε, dissensiones vestrae — et c. 3, 13. ἐπιστημων, in veteri translatione, *disciplinatur*, v. 14. ne *zēlos* sit inter ipsos. — *percipies a domino, quod postulas*; est ipsum illud Iacobi 1, 7. ληφεται παρα κυρις. Visio 4, 3. sicut aurum probatur per ignem, et utile fit, sic et vos probamini, — qui igitur *permanserint* (ὑπομενειν) et probati fuerint, purgabuntur, Iacobi 1, 3. 1 Petri 1, 7. Lib. 2. Prooemium, *recipietis a Domino*, quae pollicitus est vobis, Iac. 1, 12. ληφεται — ἐπηγγειλατο ὁ κυριος. Mandat. 2. et eris sicut infans, qui nescit malitiam, 1 Petri 2, 2. Hic etiam de vicio καταλαλίας pluribus agitur, quomodo committitur, Iacobi 4, 11. Mandat. 4. non ad-

scen.

ascendat cogitatio cordis de alieno matrimonio — *parit* enim peccatum magnum — qui haec faciunt, viam *morsis* sequuntur. Iac. 1, 14. 15. — De prioribus peccatis, Deus, qui potestatem habet sanitatem dandi, dabit remedium; quia ipse est, qui habet potestatem omnium; Iac. 4, 12. *δυναμεινός τωσάν*. — 3. si quis *tentatus* fuerit et peccauerit, Iac. 1, 14. *tentari* sic est explicandum, ut peccatum sequatur. Mandat. 5. spiritus sanctus, qui habitat in te — non obscurabitur ab aliquo nequissimo spiritu — *utriusque* ergo spiritus, cum pariter inhabitant, perniciosum est homini. — Si ergo mixta est *iracundia* aequanimitate, contribulatur animus — Mandat. 6. duo sunt genii (angeli) cum homine. Iac. 4, 5. Spiritus (invidiae, iracundiae) qui habitat hac ratione, in nobis; immodica cupiditate hominem agitat. Mandat. 8. — bona opera — Primum omnium est *fides*, timor domini, caritas — deinde horum sequentia audi; *viduis* administrare, *orphanos* et *pauperes* non despiciere etc. Iac. 1, 27. Mandat. 9. est quasi commentarius ad initium Iac. 1. tolle a te dubitationem — petens aliquid a domino, ne dicas intra te, quomodo possum aliquid petere a domino et obtinere, cum sim peccator — pete sine dubitatione — non est enim Deus sicut homines, memores iniuriarum (*ὀνειδιστῆς*) — et accipies omnia, quae petis. Qui tales non sunt, omnino nihil impetrant eorum, quae petunt — Mandat. 12. ita proba hominem; spiritus, qui desursum est, quietus est, et humilis, et recedit ab omni nequitia; Iac. 3, 17. sapientia, desursum, simillime describitur. — 2. *Cupiditas* mala est; concupiscere uxorem alienam; lautitias diuitiarum, multitudinem ciborum, ebrietatem et delicias multas — haec cupiditas *mortificat* servos Dei; — a diabolo est; — qui subiecti fuerint cupiditati, in perpetuum *moriuntur*; *mortifera* enim est haec cupiditas mala — satis conveniunt haec cum Iac. 1, 15; sed auctor nondum legit Epistolam

- Ioann.

Ioannis primam, in qua ἐπιθυμία σαρκος, ὁφθαλμῶν, ἀλαζονεία τε βίη reprehenditur. N. 4. qui *vacui* estis et leues *in fide*; Iac. 2, 15. κενὰ δισθε, quod fides *sine operibus*, mortua. Num. 5. si resistitis diabolo, fugiet a vobis confusus, est Iacobi 4, 7. Diabolus *tentat* seruos Dei, (non Deus, Iac. 1.) — qui autem sunt pleni fide, resistunt illi fortiter, et recedit ab eis. Num. 6. Audite ergo me et timete dominum omnipotentem, *qui potest vos et saluos facere et perdere*; est clarissima haec sententia Iacobi 4, 12.

Liber 3. similitudinum. Simil. 2. diues habet opes; a *domino vero* pauper est. Distrahitur enim circa diuitias suas, et valde exiguum habet *orationem* ad dominum, et quam habet, *inertem habet* — pauper *diues est in oratione* (ἐν πίσει, Iac. 2, 5.) et *virtutem* magnam habet oratio eius apud dominum; (Iacobi 5, 16. πολὺ ἰσχυεῖ —) tunc diues praestat omnia pauperi, quia sentit illum exaudiri a domino — felices igitur, qui possident, et sentiunt se locupletari; qui enim hoc senserit, poterit aliquid *administrare* (διακονεῖν); ausim conferre Iacobi 1, 9. 10. πλεσιος in tali ταπεινώσει, quā pauperibus subministrat necessaria; vt simil. 5. n. 3. reponere, et da viduae, pupillo, aut inopi, et sic consummabis *humilitatem* animae tuae, ταπεινώσιν. Ergo ταπεινώσις hic esset seuera et modesta vitae ratio, loco luxuriae. Simil. 5. n. 2. quoniam cum sensisset, quid esset bonum, non omisit, sed fecit illud; est sententia illa Iacobi 4, 17. Num. 4. qui Dei seruus est, petit ab eo *intellectum*, et obtinet — est Iac. 1, 5. Similitudo 8. num. 7. — fideles, habentes inter se quamdam *inuidiam* et *contentionem* de *principatu et dignitate*; pertinet ad Iac. 2. Num. 9. fideles, locupletati et saturati bonis, apud exterarum gentes celebriores esse cupierunt, et in magnam superbiam inciderunt, et sublimia coeperunt *spirare* — neque appliciti sunt iustis, cum exteris gen-

gentibus conuixerunt; a Deo tamen non recesserunt, et in fide manserunt (πισίς, c. 2, 14. seqq.) sed *opera fidei* non exercuerunt — alii dubii facti, *dissenſiones* excitauerunt. N. 10. quidam adiecerunt ad dubiam mentem etiam *dissenſiones mouere*.

§. 15.

Sed sufficiant ista nostro consilio; nec enim dubitamus, satis illud his variis testimoniis patere, auctorem huius scriptionis, quae *Pastoris* nomine solebat multis in ecclesiis legi, manibus oculisque suis usurpasse Epistolam illam *Iacobi*; Romae igitur eam notam fuisse inde a seculo secundo; sed non fuisse in catalogo librorum sacrorum romano, simul cum Paulinis; *Hermam* potius id dedisse operam, ut etiam aliis doctoribus sic placeret, ut porro facilior coniunctio diuisarum ecclesiarum adiuuaretur, et ista societas Iudaizantium cum illa alia coalesceret. Ista vero societas Christianorum ex Iudaeis utebatur pluribus scriptionibus, quarum auctores fuerunt ex Iudaeis, magis minusque improbi aut fanatici. Tales scriptiones disseminarunt rudiores multas ideas et imagines de diabolo et aliis potestatibus spiritalibus, dominis humani et gentilis mundi; de rebus a Christo gestis apud inferos; de reducendis in humanam vitam mortuis veteris temporis, et de regno Christi in terris — Tali- bus opinionibus, quarum quaedam hic ibi recitantur, in 2 Petri, Iudae, etiam in quibusdam Paulinis, correctio iam opponitur eo modo, qui conueniebat; sed non pertinent talium idearum breues recensiones ad partes doctrinae christianae catholicae; de quo argumento iam alibi saepius admonere me memini. Nec deerit opportunitas, copiosioris explicationis suppeditandae, et confirmandae coniecturae, de auctoribus talium *Ψευδεπιγραφων* et *αποκρυφων*, quorum argumentum ex veteris testamenti partibus repetitum aut sub-

subiectum fuit. Hi auctores corruerunt ingenus doctrinam christianam, cui videbantur antea ipsi adhaerere; et nouis iam partibus studuerunt, aucupii et lucri sui causa. Ex hoc fonte magna pars futilium opinionum deriuanda est, quae multos Christianos priora per secula infecerunt; atque tanta fuit vis harum opinionum, ut coniungerentur postea a multis doctoribus quasi in vnum doctrinae corpus, ut eo facilius discipulorum et sociorum magnam frequentiam efficerent. His obseruationibus historicis confirmandis aut accuratius corrigendis si porro eruditi dederint operam: non potest dubitari; multum lucis sensim collectum iri, ad historiam ecclesiasticam castiorem; qua fere adhuc caremus. Illas certe interpolationes et corruptiones christianae doctrinae, cuius auctor et statutor Paulus fuit, ratione gentium: nondum diligentius requisauerunt eruditi; nec veteres scriptores historica beneficia certiora attulerunt; quaecunque eius obscuritatis causae fuerint. Nos igitur non poenitet, viam quasi tentasse, qua nondum ire ausi sunt alii; confidimus potius, rerum ipsam claram indolem et auctoritatem sensim ita perspectum iri, ut pauci praeferre possint vulgatarum opinionum consuetudinem.

PARA-



PARAPHRASIS
IN
EPISTOLAM IACOBI.

CAP. I.

Sectio I. v. 1-15.

Iacobus, ex Hebraeis, ecclesiarum, quae ex Iudaeis coierunt, Dei et Iesu, Christi, iussu, non ignotus minister, istam epistolam dare constitui ad christianos, qui ex istis XII tribubus, inter gentes iam diu dispersis, meliorem hanc religionem Christi, Iudaismo inertī praeferre ausi sunt. Saluete, christiano omine.

v. 1. *Iacobus.* Consentunt fere plerique interpretes, intelligi eundem *Iacobum*, cuius Paulus fe-

A

cit

cit aliquoties mentionem, Gal. 1, 19. 2, 12; de quo Actor. 15. agitur; quem satis constat praefuisse Christianis, qui ex Iudaeis in nouam societatem coierant; quae non solum in *Palaestina*, sed etiam aliis in prouinciis et urbibus sensim latius fuit propagata; sic quidem, ut eadem in urbe duplex esset Christianorum societas; discipulorum scilicet Pauli altera, altera eorum, qui auctoritatem Palaestinsium Apostolorum reuerbantur. Iam, quia utrique et vitae externae consuetudine et doctorum, qui praeerant, diuersis institutis dissiderent: habuit et Paulus, quod suorum causa praecipue tractaret; et Iacobus, Petrus, alique, quod corrigerent aut cauere apud suas societates, quae his illis sententiis moribusque alterius societatis videbantur abuti. Itaque, etsi vetus historia aut omnino tacet, de variis rebus, quas nos ipsi, nostro iure, reperimus et colligimus, aut minus probabilia nobis prodit, si de primis Christianorum rebus narrat: statuere audeo, has Epistolas *Iacobi* et *Petri*, ordine quasi per easdem urbes potiores, distributas et propagatas fuisse, quibus Paulus, tempore omnino prior, epistolas quasdam miserat. Sic in *Hermiae* pastore lib. 1. visio 2. fine: *Clemens* mittet *εις τας εἰς πόλεις*; quasi *catholicam* scriptionem. Haec admonitio, quam in praemissa dissertatione diligentius confirmauimus, videtur non mediocriter illustrare harum Epistolarum, quae iam olim ideo *catholicae* dicebantur, argumentum et oeconomiam; absunt omnia illa, quae *loco vni* et societati peculiari tantum conueniunt; absunt *circumstantiae* singulares, quia epistola non destinabatur singulari societati. Facile autem per Christianos huc illuc commeantes haec Epistola latissime fuit propagata. *Romae* certe videtur prius nota fuisse quam alibi; licet Pauli discipuli,

puli, ad quos missa non fuit, illa per longum tempus non fuerint vsi. Colligit igitur et *Iacobus* quasi *capita* quaedam admonitionum, et reprehensionum; quae in plures societates istas iam conueniebant, postquam Pauli discipuli non obscure hic ibi istis praestabant, aut peruertendis quasi quibusdam eius sententiis opportunitas quaedam non omnino deesse videbatur. Iam vero et illud facile patet, longe vtilissimum argumentum, et quod profit in commune, talibus epistolis contineri; licet, si qui interpretes minus attendissent ad harum epistolarum ingenium et proprium consilium, eo adducti sint, vt illarum vtilitatem fere ignorarent, aut minus perspicerent.

— *δελος*. Vix operae pretium fecerunt, qui studiosius et molestius requirebant, cur se non scripserit Apostolum? Felicius versati sunt hac in parte vetusti translatores, aethiops, vulg. arabs, syrus, qui *apostoli* nomen addiderunt, quia res est eadem. Sic ipse Paulus Philip. 1, 1. se et *Timotheum* *δελος* dixit Iesu Christi; et Rom. 1, 1. idem nomen *δελος* praemittit alteri, *κλητος* *επιστολος*. Iungitur autem Deus et Iesus Christus eodem omine, ac Ioh. 17, 3; nec aberrarunt, qui attendere iusserunt, ad istam sacrosanctam siue societatem siue coniunctionem internam, quam Apostolus Dei et Christi pariter seruus, demonstrat. Cum vero aliorum ministrorum mentionem simul non fecit, arbitrari licet, non adfuisse iam Petrum et alios apostolos; nec scriptam fuisse epistolam *Hierosolymis*. Sed de his et similibus aliquem molestius agere, nihil attinet.

ταῖς δωδεκα φυλαῖς, istud alterum, *ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ*, explicat; illam primam partem.

A 2

Dez

4 *Paraphrasis in epistolam Iacobi. cap. I.*

Describuntur Iudaei 12 tribuum, qui viuebant iam extra Palaestinam, Romae, in Asia et alibi, sub imperio tamen romano; itaque bene Syra adiecit, *inter gentes*. Sic clare 2 Maccab. 1, 27. *ἡμεῶν*, libera seruientes *ἐν τοῖς ἱεσιν*. Christiana religio iam id agit, vt corrigat ista humilia vota; nec enim vna prouincia, prae aliis sanctitate quadam gaudet; itaque huius generis preces sunt vanae. Nec dubitari potest, vtrum superfuerint 12 tribus, et seruiant quasi genealogicas tabulas; Iudaei solebant de ea re satis certo statuere. Nec ista *διασπορά* praecipue, repetenda est ab obitu *Stephani*, quod placuit quibusdam; sed intelligitur tempus istud a captiuitate babylonica; vt Ioh. 7, 35. 12, 20. qui Iudaicae religionis causa solebant Hierosolymas adire, eum perfectiorem religionis indolem nondum didicissent.

Χαίρετε. Hoc verbum offendit *Lutherum*, et *Caetanum* adeo, quasi verbo nihil insit christianae significationis, quod tamen vel angelo tribuitur, salutanti Mariam; et isti Iudaei, 2 Maccab. 1, ab initio; sed et illa epistola adhibet, Act. 15, 23. quae apostolorum nomine scripta fuit; quos inter hic Iacobus et ipse fuit. Nec studiosius agitare aut premerem hoc verbum, vt christianum omen luculenter insit. Epistolae sic conuenit, vt pro lectorum vario ingenio plus minusus complectatur.

v. 2. Nec enim ignoro, fratres, continuis inter nostros in Palaestina experimentis communi nobis, qui christiani sumus, forti adfuetus, etiam vos calamitatibus, explorationibus certe, non vnius generis quasi obrui; itaque et nostris

vos

vos exemplis primum omnium adhortor, vt in meri et solidi gaudii argumentum conuertere studeatis, quicquid vobis iam accidit, religionis nouae caussa, graue atque molestum. Tantum abest, vt christianos deceat eam ob rem turbari, atque de statu mentis certo et tranquillo deiici.

v. 2. *πασαν χαραν* — Imitatur, vt puto, carmen illud Christi, Matth. 5, 12. *χαίρετε καὶ ἀγαλλιάσθε*. Exordium praecipue aptum praefixit; iudaicum enim ingenium plerosque inuitabat, vt spem inchoarent longam, et christianae religionis fructum illum exspectarent, vt gentium clades et calamitates inuitatae suborirentur, atque sic regnum Messiae ipsis diuturnum felicitatis et voluptatis vsum instauraret. Cum vero tantum abesset, vt christiani initia tantae rerum conuersionis iam experirentur, vt potius Iudaeorum, pertinacium religionis auitae defensorum, odia iam accederent odius, quibus gentes solebant Iudaeos prosequi: iure meritoque talibus votis et desiderijs se opponit, et christianismi propriam indolem integerrime describit; quae quidem hoc secum fert, vt omnes christiani vltro quasi parare se debeant, ad experiundas res aduersas, si velint melioris religionis se cultores praestare. Haec igitur est sententia: non ignoramus, fratres, quo in statu sint res vestrae; alios isti Iudaei vexant, aliis alii se infensos ideo praebent, quod deleruistis pristinam impie viuendi consuetudinem. Hoc autem pertinet ad ipsum christianismi exercitium, vt non desit occasio augendae internae virtutis; itaque nolite deprecari hoc quasi examen, quo veri christiani a falsis facile distinguuntur; abstinendum est non solum

6 *Paraphrasis in Epistolam Iacobi. cap. I.*

a vario pristinorum voluptatum genere, quo solent homines duci, qui absunt a meliori cognitione dei; sed etiam ferendae sunt nouae variae calamitates, quae ob religionem castiorem suscitantur. Conferre licet et Ioannis admonitionem, μετανοιετε, et Christi sermonem, Matth. 5. Quod autem iubet, χαρην ἡγησασθαι, intelligendum est sic, vt a mediocribus rudimentis sensim hoc animi robur colligatur; date operam, vt non solum vtcunque feratis ista aduersa, quibus humanae vitae vulgata voluptas turbatur, sed etiam hilari et lubenti animo consentiatis in talia experimenta et adiumenta virtutis et perfectionis interioris. Ita Paulus gaudebat in tribulationibus, Rom. 5, 3. 2 Cor. 7, 4; ita de apostolis narratur, Act. 5, 41. gaudentes, quod digni fuerint, contumelias pati propter Iesum Christum. Sic sensim refutantur istae opiniones iudaicae, de felicitate externa. Conferre licet Siracid. 2, 1. seqq. para te εις πειρασμον, — μακροθυμησον.

πειρασμοις. Conuenit Christi oratio Luc. 8, 13. esse homines, qui laeto animo suscipiant meliorem doctrinam; sed quia radices illa non egit, εν καιρω πειρασμοις αφιςανται. Rem Matthaeus clarius descripsit, cap. 13, 21. γενομενης θλιψεως η διωγμοις δια τον λογον, σκανδαλιζονται. Itaque hic πειρασμος est θλιψις seu διωγμος, ob nouam religionem, δια τον λογον. Sed et ipsi Christo tribuuntur πειρασμοι, Luc. 22, 28. variae afflictiones, quas Iudaei inferebant; vt πειρασμοι, συμβαντες Paulo εν ταις επιβελαις Iudaeorum; addendus est Pauli locus, 1 Cor. 10, 13. et Hebr. 11, 36. πειρα varii generis describitur. Tobiam angelus sic instruit; necesse erat, vt tentatio probaret te. Clarissimo Sirac. 27, 7. πειρασμος ανθρωπων, est λογισμος.

Ποικίλοις, quia aliis in urbibus alia erat opportunitas vexandorum Christianorum. Ἀδελφοί μου, hoc nomen praecipue de *doctoribus* intelligo; sociis enim ministerii tales epistolae praecipue destinabantur; hos certe doctores, scimus, sicut apostolos, prae aliis vexatos atque male habitos fuisse; rariora sunt exempla plebeiorum.

v. 3. Cogitate modo et discite, quod et quantum propositum Deus hac noua via effectum eat. Nempe hac ratione fides et fiducia illa, qua christiani maxime spectantur ab animi praestantiori indole, certis et luculentis argumentis tam ad vos ipsos, quam ad alios vnice et maxime commendatur; nec enim huius vitae istam nouam et humilem voluptatem Christus nobis promisit; aliter istos omnes homines, tam indignos et peruersos, haberet sectatores. Haec fiducia constantia efficiet hoc, ut ista mala externa volentes et alacriter toleretis.

v. 3. γινώσκοντες, i. atque discite, cognoscite. Haec cognitio non est historica; nam vexationes et calamitates, in quas alii incidissent, non poterant ignorare, vel ex veteri gentis suae historia; sed complectitur ipsum hominis consensum, ex illa regula, qui vult finem necesse est velit media. Itaque rem ingentem proponit, quam calamitates adiunent; τὸ δοκιμίων τῆς πίστεως ἡμῶν. Regula quasi, ad quam fit exploratio, est δοκιμίων. Attulerunt iam alii ex *Plutarcho*, τινὲς πειράζεται ὁ πολυφίλος, quodnam est δοκιμίων verorum amicorum. Infortunium, respondet; nempe, amicus certus in re incerta cernitur. *Herodianus*: καμάτος est δοκιμίων mili-

num strenuorum, non mollis voluptas. Habuit autem Iacobus in propinquo, Prouerb. 18, 21. auro et argento δοκιμιον est πρῶσις. Est igitur δοκιμιον, non ipsa probatio et exploratio, sed illud ipsum, quo illa efficitur. Atque malim sententiam sic porro explicare, ὅτι (τῆτο) το δοκιμιον ἡμῶν, κατεργάζεται ὑπομονην. Isti πειρασμοι vos ipsos explorant, vt sciatis, vos esse omnino hac mente christiana, hac cognitione rerum stabiliū et vanarum vos iam vti. Nomen πειρώς quidam olim latini non legerunt; sed ad sensum omnino pertinet; atque est idem, ac 2 Cor. 4, 7. describitur fructus τῆς θλίψεως, et v. 18. status seu indoles animi, qui tolerare talia sustinet; 1 Ioh. 5, 4. πειρῆς christianorum vincit mundum, quem alii adhuc amant; ἐπιθυμῆις istae sunt ἐν τῇ κόσμῳ, cap. 2, 16.

ὑπομονην κατεργ. patientiam perficit, explicat illustris Michaelis. Imitatur Iacobus, vt saepe, Paulum Rom. 5, 3. Rei ipsius ratio facile perspicitur. Qui vel parui temporis tirocinium et exercitium sustinuit, experimento iam didicit, tolerantia et patientia quadam praesentem calamitatem certo vinci. Praeclare hanc in rem iam Seneca dixit: opus est ad notitiam sui, experimento; quid quisque posset, nisi tentando, non didicit. Idem: tunc apparet quanta sit virtus, cum quid possit, patientia ostendit. Tam grandes sententiae multo magis in christianam philosophiam conueniunt. Dedit et Christus hanc regulam καρδίας καλῆς καὶ ἀγάθης, quod expertes eurarum sordidarum et voluptatum, fructum perceptae doctrinae homines ferant ἐν ὑπομονῇ. Atque cum Luc. 21, 12. seqq. commemorasset variarum calamitatum et πειρασμῶν seriem, hortatur, ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσασθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν,

ὑμῶν, nempe istarum rerum experientia peperit patientiae aliquem habitum, qui reuocat hominem ab omni praecipiti voto et consilio, itaque par est ferendis istis aduersis, cum nouas calamitates impotenti et praecipiti studio non attrahat.

v. 4. Haec autem, quae christianis inest, tolerantia, non debet esse iusto breuior et imperfecta; quicquid accidat, vel continuata malorum serie, pariter et constanter perferendum est; ut isti alii intelligant, longe maiorem esse perfectionem et virtutem Christianorum, quam est hominum vulgarium; utque exprobrari vobis nihil possit, aut ad summam praestantiam desiderari.

v. 4. ἔργον τελειὸν ἔχετε; quod Christus dixit, ὑπομεινας εἰς τέλος, nec enim sufficit parui temporis patientia, aut minorum calamitatum tolerantia; nec maior iniuria aut calamitas animum debet commouere aut de statu isto constanti deicere, atque ad mutationem verorum consiliorum impellere. Forte respicitur ad istos imbecilliores christianos, qui redituri atque vlturi Christi imagines fouebant, et, quia longius protraheretur illa spes, nihilque earum rerum, quas finxerant, accideret, ad abiectionem christianismi tentabantur, de quibus non obscure agitur 2 Petri 3, 4.

ἵνα ᾗτε τελεῖοι, simillima sunt 1 Thessal. 5, 23. et Philip. 1, 10. εἰς τὸ δοκιμαζεῖν etc. Intelligere etiam licet de aliorum hominum, inter quos christiani viuunt, iudiciis; ut ne sit opportunitas vituperii et scandali, 1 Petr. 2, 12. et cap. 3, 16. ἐν μηδενὶ λεπτομενοί, referrem ad alios Christianos,

A 5

nos,

10 *Paraphrasis in Epistolam Iacobi. cap. I.*

nos, Pauli discipulos, vt ne longo interuallo isti alii vos post se relinquere videantur. Itaque non de perfectione illa agit, respectu Dei, quam nemo vnquam christianus attingit, semper potius se *λειπομενον* inuenit; sed de vitae inter alios gerendae proba et liberali ratione, quae praecipue obstat iudaicis opinionibus et imbecillibus consiliis. His ipsis, quas perfertis, variis calamitatibus ad castiorem religionis cognitionem et vsum euehmini; relinquetis sensum varias opiniones pristinas, abiicietis vana vota et desideria; atque sic animi indoles fiet perfectior; e conditione ista puerorum transibitis in statum illorum, qui iuuenes et viri in Christo dicuntur; plane vt Ephes. 3, 19. *πληρωθηνοι εις παν το πληρωμα τῆ θεο*. Huic obstat hoc *λειπεσθαι*.

v. 5. Fateor, res grandes atque eximias me hac oratione complecti, et susceptae religionis non iam rudimenta, sed insignia documenta persuasum ire; non deerunt, qui in commune quasi metuant, et de prospero successu talis doctrinae fere desperent, exitum certe tam dubiis rebus atque ancipitibus se prospicere non posse, solliciti querantur. Hic si quis vestrum sentiat se destitutum esse ista sapientia et prudentia, qua opus est ad res religionis feliciter agendas, in tantis periculis et discriminibus: haud sane a me, aliisque Apostolis, aut eorum eximiis discipulis expetenda et expectanda est sententia atque praeceptio. Adeat vnusquisque precibus suis Deum, qui omnibus impertit pro sua benignitate affluenter, nec exprobrat aut destituit

con-

continui beneficii frequentiam. Certo ipsi dabitur, quicquid opus fuerit.

v. 5. ὑμῶν — σοφίας. Ista, quae v. 5. 6. 7. sic exstant, fere ordine descripta sunt in *Hermæ* libro 2. mandato 9. Fateor me lubenter ab illorum stare partibus, qui ad *doctores* et ministros nouae religionis hanc orationem praecipue retulerunt; nec enim ad plebem christianam haec pari modo pertinere possunt, cum unusquisque si opus esset consilio et ductu, facillime uti posset doctore suo; sed nec praecipue locus esse potest huic admonitioni apud christianos e plebe; quos, non tum demum, si sapientia desit, sed quotidie precibus deum adire debuisse scimus, pro adiuvanda animi christiana indole. His igitur quomodo *sapientia* praecipue opus fuisse statuimus? Si vero intelligimus doctores, in tam multis viribus, qui fuerunt quasi permixti gentibus et Hebraeis: non solum v. 4. facilius intelligitur, sed etiam v. 5. et sequentia commode illustrantur. Intelligo igitur σοφίαν, ratione muneris publici, ratione institutionis et doctrinae, quae sensim augenda et opinionibus Iudaicis obicienda erat, ut fierent e pueris et σαρκικοῖς, viri, τελεῖοι et πνευματικοί. Sic *Stephani* σοφία laudatur Act. 6, 3. 10. Nec tamen excludimus, casus varios, qui prudentem monitorem poscebant. Hic facile credimus, multos, qui doctorum locum tenebant, nimis adhuc tenuiter et exiliter doctrinae modum informasse; longo interuallo seiunctos a *sapientia* Pauli, quam hoc ipso nomine collaudat secunda Petri Epistola 3, 15. κατὰ τὴν αὐτῶν δοθείσαν σοφίαν, plane de hac eadem docendi ratione, quae obstabat Iudaicis opinionibus de reditu Christi. Itaque et hic Iacobus affirmat, καὶ δοθῆσεται αὐτῷ, scilicet haec σοφία. Paulus

Ius saepe eam ipse describit, 1 Cor. 2, 6. 7. λαλῶμεν, docemus, explicamus, σοφίαν θεῶν, quae μωρία est homini ψυχικῶ, v. 14. at tales ψυχικοί erant plerique e Iudaeis; tribuit et Paulus ipsi deo, quod reuelauerit ipsi, seu dedit ipsi hanc cognitionem Christi meliorem, πνευματικὴν, πνευμα. αἰτεῖτω παρατὰ θεῶν. Vt Christus dixit, deus dat spiritum suum, ad distinguenda vera bona, iis, qui ipsum christiano more et consilio rogant; Matth. 7, 11. δώσει ἀγαθά, Luc. 11, 13. δώσει πνευμα ἀγιον, fontem scil. sapientiae christianae, et Luc. 21, 15. promittit, se daturum σοφίαν καὶ σοφίαν apostolis. Haec admonitio debebat omnes religionis adiutores quotidie eo adducere, vt votis et precibus mentem deo addicerent; id si semper fiat, certum etiam est, deum impertiri ipsis sapientiae proprium incrementum, vt ipsi patiantur auream regulam, docendo discimus. Has preces qui negligunt, aut superbiae locum faciunt aut socordiae et meticulositati, quae tandem seruitia hominum efficit, et religionis falsam imaginem informat. *Beza* nimis arcte descripsit, et post eum alii: quorsum affligamur a deo, et quis fructus ex afflictione sit capiendus. Non ignoramus, pertinere et hoc maxime ad christianismum; sed isto tempore, scimus doctores et antistites nouae religionis praecipue ab aliis vexatos fuisse. His igitur praecipue opus fuit hac sapientia docendi et viuendi, cuius generis praecepta Paulus praeiuit Timotheo et Tito.

Διδοντας πᾶσιν ἀπλως. Respicit ad exempla, vt Apostolis accidit, et pluribus aliis, 1 Cor. 12, 7. πᾶσιν, tam Graecis quam Iudaeis, qui spirituale religionis exercitium amplexi sunt, et a Deo perfectiorem cognitionem Christi studiosius petunt.

ἀπλως

ἀπλως explicat *Hesychius*, συντομως, καὶ παρὰ
quod pro rei indole intelligendum est; nec enim
omnis huius sapientiae ambitus et modus simul
statim in hominem effundebatur, ne in Paulum
quidem. Mallem tamen efferre *simpliciter*, sine
insidiis; integerrimo et probissimo consilio, ut
Rom. 12, 8. ὁ μεταδίδως, ἐν ἀπλοτητι. *Her-*
mas lib. 2. mandato 2. omnibus inopibus da sim-
pliciter, ἀπλως, μηδεν διδασκων, cui des, cui
non des. Rem describit Paulus Ephes. 1, 17. 18.
πνευματικὴ σοφία καὶ συνέσις. Sic magis ma-
gisque Christus discitur et docetur. Haec men-
tis intima inclinatio ad Deum et res Deo, quo
homines alio modo, quam cetera animalia, frui
student, maxime dignas, necessaria est praecipue
doctori, ut suo quasi sensu et gustu ipse ante ut-
atur, quam alias docere sustinet. Aliter obsequetur
hominum votis et consuetudinibus, et reli-
gionis internae vim et indolem plane peruertet.
Hoc accidisse scimus multa per secula, feracissima
nouorum institutorum et adiumentorum; sed qui-
bus nemo ipse fieret melior et beator, quia
omnia externis consiliis adaptarentur, augendae
et continendae scil. societati, ornandis et ditandis
templis, honorandis clericis etc. quae tam absunt
omnia a christiana religione ipsa, ut apud omnes
sacrificulos et pontifices omnium gentium, insti-
tuta fere eadem inueniantur.

καὶ μὴ ὀνειδίζοντος. Non tantum significat,
molestam commemorationem beneficiorum, ut
Sirac. 18, 18. 20, 15. sed etiam qualemcunque re-
prehensionem; ut *Eustathius* exposuit, licet serio-
res graeci fere illud prius tantum hoc verbo ex-
primerent; vid. *Wettsteinus*. Bene etiam huc
afferri potest ista lectio codicis cantabrig. in
Euangel. qui pro sententia, cur me ἐγκατελει-
πεις,

πῆς, scripsit, τὶ ὀνειδίσας μὲς, opprobrio, derisui me exposuisti. Comparare licet sermonem Christi, quo doctores novos iubet securos esse; spiritus s. vos docebit, i. e. suppedabit menti eas res, vt sapienter et grauitur loquamini et agatis, Luc. 12, 11. Matth. 10, 19. Atque scimus historiae testimoniis multis, grauitur et sapienter locutos fuisse multos, et aduersarios in pudorem dedisse; vel mulieres et opifices; quorum eximiam facultatem *Erasmus* aliquoties ipse non sine admiratione expertus est, et monachorum stoliditati palam opposuit. Ceterum facile intelligimus, Iacobum iure hortari istos doctores, cum facultas et opportunitas deesset, requirendorum quotidie, aut in rebus praesentibus, Apostolorum, vt discant animum Deo sic adiungere, vt carere continuo magisterio humano possint; sicut Paulus reprehendit istos, Hebr. 5, 12. qui deberent iam ipsi esse doctores.

v. 6. Nempe, tales ego preces fundi volo; quae christianum maxime decent; plena cum fiducia roget, sine vlla dubitatione; non turbatus periculi aut calamitatis specie ingenti, nec ob suam exilitatem diffusus; deum se adire cogitet, et quidem in dei negotio. Cauere ab ista animi fluctuatione; talis enim homo non aliter se habet, quam vndae maris, quas scitis huc illuc volui et iactari ventorum et aestus quasi arbitrio.

v. 6. μηδὲν διακρινόμενος, nihil ambigens, i. e. dubitans de dei potentia vel voluntate verbo ipsius testata, vt licet videre in Abrahamo. Sic *Beza*; sed Abrahamum non inuenio, cur quis huc referat,

rat, de cuius precibus nihil scimus. Longe re-
 citius allegat Matth. 21, 21. Marci 11, 23. vbi si-
 millima est oratio, εἰν ἔχητε πίσιν, καὶ μὴ
 διακρινθῆτε, vt hic διακρινόμενος adiungitur.
 Scimus autem ex aliis documentis, Iacobum non
 obscure hic ibi repetere sententias Christi. Nec
 agit Christus ibi de hominis propria indole, vt ea
 precibus continuis adiuvatur, sed de rebus, quas
 Apostoli olim gesturi sint religionis proferendae
 causa; eos quantumvis magnas res et grandes
 effecturos, si precibus semper fulciantur. Itaque
 et hic intelligo de conatibus iustis et ausibus va-
 riis, quibus opportunitas quaedam quasi patet;
 sic Actor. 10, 20. Hic si quis dubitationi et haesitationi locum faciat, non audebit aliquid decernere; atque huius generis consilia, quae quasi in
 vtramque partem versari possent, haud dubie multa adhuc locum habebant apud Christianos ex Iudaeis. Rem illustrat historia Petri, Actor. 10.
 num iret ad Cornelium, an secus; iubetur ire,
 v. 20. μὴδὲν διακρινόμενος, i. e. ἐν πίσει. Sic
 Matth. 21, 21. iungitur. Vix iam opus est, admonere, istos Christianos non mediocriter aber-
 rasse, qui ex v. 5. 6. colligebant, deum omnia
 ipsis donaturum, quaecumque constanter et perti-
 naciter ab eo peterent; nempe idem Iacobus oppo-
 nere poterat, falsae interpretationi, cap. 4, 3. Nec
 enim Christi formula illa vinquam debet negligi,
 in oratione sollemni ista, fiat tua voluntas in no-
 bis et per nos, in terra, sicut sit tua voluntas in
 caelo. Iam, si certi sumus, Deo rem placere,
 eamque recte a nobis designari: tum ex hac et in
 hac fide a Deo petimus; is autem certo efficiet et
 dabit, quod est nobis et aliis bonum, licet saepe
 homines hoc fieri non videant.

ὁ γὰρ διακρινόμενος, et tamen ministerio ali-
 cui ipse praefectus. εἰκε κλυδωνί, i. e. ipse est

κυσ-

ἀνεμιζόμενος καὶ ἐπιζόμενος. Vtitur Paulus verbo Ephes. 4, 14. non decet Christianos esse κλυδωνιζομένους et περιφερομένους παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας. Tales improbi doctores haud dubie multi istas per vrbes commeabant, atque constitutos ibi doctores iam in hanc et illam partem impellebant, vt interea nihil salubre ac frugiterum efficereat; Iacobus itaque etiam ad tales falsos fratres respicit, eos cauendos esse admonet. Conferre locum oportet Sirac. 5, 10. quem videtur *Iacobus* in oculis habuisse, v. 6. et 8.

v. 7. Iam si quis ea in fluctuatione etiam subinde deum roget, minime putare debet, vel sic se accepturum esse, quod opus sit; namque ipse impedit, quo minus a domino quicquam impetret; quia diffidit illi, et partem auxilii aliunde circumspicit, aut illud sperare desinit.

v. 7. μὴ γὰρ. Hoc γὰρ refertur ad mandatum v. 6. ἐν πίσει, vulgatus tamen habet *ergo*; vt forte *neutrum* olim in textu locum habuerit. Quod ad rem ipsam attinet, multi hic sibi viam fecerunt verbosae disputationi de precibus, et copiosissime istum locum tractarunt; nec omnino improbarim, castas et iustas praeceptiones, de precibus, hic adiungi. Sed statuere non possum, sermonem hic esse de omni modo precandi, quem omnes Christianos seruare decet; describi potius statum imperfectiorem quorundam antistitum, non dissimilem illi discipulorum, quibus Christus exprobat, adhuc nihil a Deo petiisse in meo nomine, seu confisi de noua formula Messiae, adiuturi nouam religionem; obsequimini adhuc Iudaismo. ἐκεῖνος, qui precum quidem formulas christianas siue publice siue priuatim recitat, sed

sed rebus ipsis, aliter agendis, quia nondum oculis videt, diffidere pergit: is nullo quidem iure expectare potest, tales res, quibus tam multa obflare videntur, tamen effectum iri; igitur nec aliquid audebit ipse agere, aut praecipere et instituere, ἐκ πίστεως, sicut illi, qui laudantur Hebr. 11. itaque talium rerum nihil apud tuos eueniet. Liceat, sed sine vlla specie et suspicionem improba adulandi, *Lutheri* in memoriam reuocare πίστιν et fortitudinem precum, qui res magnas effecit, deo vnice confusus, cui placere religionis publicae correctionem, quam promotum ibat, certo statuebat; itaque et manibus pedibusque, quod dicitur, hoc propositum ipse secutus est. Rerum singularum hic historias appello; quas quidam facile hodie ridet et exagitant. Pulcherrimae etiam occurrunt formulae precum in *scriptis publicis* Acad. Witteberg. annorum 1548. 1549. quibus vel Professores Iuris, Medicinae et Philosophiae publice vti sustinuerunt. Nostra aetas eo delapsa est, vt pudeat et taedeat multos, christianum animum sermone et votis proderi, παντι ἀνεμῶ cedunt, διγλωσσοι, vt ne alteri parti, cultiori si placet, displiceant. Nec tamen nos aliquid praecipitantius designauimus, *de vi precum*; quia ista phrasis facile per imperitiam possit falso intelligi, vt quidam ita loqui solebant, vim deo afferri, deum quasi cogi — Talium bonam mentem facilius excusare licet, quam sermonem. Istud autem certum est, succrescere quasi diuinitus animi magnitudinem et fiduciam, precum iusto vsu et exercitio; et talem facile credimus et plura et maiora efficere, de quibus alii ne cogitare quidem sustinebant.

v. 8. Iam et hoc sequitur mali; si quis sit quasi diuiso animo, vt hac parte deum respiciat,
B
illa

illa homines, aut rerum tristem indolem, eum
neceffe est, etiam inconstantem esse atque inae-
qualem in capessendis et agendis negotiis.

v. 8. ἀνὴρ διψυχός. Sirach. 1, 27. καρδία δισση δι-
citur, προσερχεσθαι deo, est *precari*. Facillima est
interpretatio; idem enim describitur, qui antea
describitur διακρινόμενος, et tamen votis et preci-
bus a deo rerum, de quibus ipse desperat, com-
modam conuersionem contendens; talem *Plato*
descripsit, εἰς εἴςιν, ἀλλὰ διπλᾶς. Occurrit
etiam verbum, διψυχεῖν, v. *Wetstenium*, qui
etiam commodè iam attulit locum e' *Constitut.*
apostol. VII, 11. qui huc respicit: ne sis in pre-
cibus tuis, διψυχός, vtrum impetraturus sis an
secus; sic et *Hermas* describit διψυχᾶς, διαλο-
γισμένους, vtrum aliquid futurum sit an minus.
Cor et cor etiam Hebraei dicunt, 1 *Chronic.* 12,
33. Atque illa, quae sequuntur, demonstrant,
describi hominem, qui sibi non constet; qui iu-
bet, et rursus vetat, quod iusserat, ex trepidatione.
Eo minus commoda et liberalis fuit illa tractatio,
qua *Athanasius* hanc sententiam transtulit ad *Eu-*
sebianos et Haereticos; quos nunc et alii, e re-
centioribus Romanis, parum venuste sic descri-
bunt, quod sint διψυχοί, quod tamen ipsum et
falsum est et huic nomini repugnat. Nempe sic
Athanasius (Epist. de Nic. Syn.) abutitur hoc
carmine: duces haereseos habere volunt tales,
quales *Iacobus* duplices corde et instabiles in omni-
bus viis suis appellat. Numquam vnā eam-
demque sententiam, sed alios aliam ferentes — vt,
quod iam probarint, nunc e vestigio damnent,
Dedit haud dubie eruditus ille commentator *Iu-*
stinianus, parti suae, quod non solum istum
Athanasii locum similibus confirmat *Irenaei*, et
Zertulliani, qui id reprehendunt, quod haeretici
de

de eisdem non eadem dicant, dum vnusquisque pro suo arbitrio modulatur, quae accepit; sed etiam recentiorum haeticorum, (nempe Protestantium,) pugnas commemorat, eorumque leuitatem et inconstantiam accusat. Hoc igitur Iacobus voluit? Licet *Athanasio*, cuius interpretandi consuetudinem nemo laudat, nisi qui est adhuc imperitior, vel obtorto collo trahere et torquere sententias; sed eruditis, meliorum et temporum et animorum, scriptoribus non licet? Nec opus est, vt pluribus explicem, falso appellari *Arianos* et quoscunque alios, a romana iam ecclesia diuisos, homines *διδυχαί*; *constantissime* enim eas sententias retinent protestantes, quibus a romanis improbiorebus seiunguntur. Quod autem porro varietas non deest in explicationibus, id tam non pertinet ad vituperium, licet et *Bosuetus* variationes Protestantium parum fortiter et liberaliter exagitare ausus sit: vt potius pertineat ad vsum et exercitium christianae sapientiae, quae similiter, vt Paulus praeiuit, puerilis quasi aetatis studia cum perfectione virili sensim commutat. Imperitis, infirmis adaptatur vnica verborum formula; idem etiam manet fundamentum et argumentum christianae catholicae doctrinae, a quo ne *Ariani* quidem, nec qualescunque haetici discedunt, qui a Iudaeis et gentibus aliis semper hoc discrimine seiunguntur. Sed doctrinae applicatio et illustratio non solum per prouincias et omnia secula differt, ob externam intelligendi variam opportunitatem; sed etiam omnes Christiani alacrioris ingenii et studii continui, non possunt omnino in intelligendi et applicandi modo vnico contineri. *Moralium* enim rerum et negotiorum ea est indoles, vt infinitum ambitum vnica idea occupare non possit; sed iam antiquus ille error inualuit, vt historicam et singula-

rem descriptionem, quae vnico et singulari homini conueniebat, atque similiter vnicae societati, cuius externa historia similis est vni homini, satis bene conueniebat, ratione externorum consiliorum: vt historicam descriptionem, vnus temporis et loci, transtulerint antistites societatum ad religionem vniuersam, etiam priuatorum, etiam aliorum temporum et locorum. *Externam* religionem hac ratione miscuerunt cum interna hominum singularem, et hanc per istam sic circumscripserunt, vt simul a religione christiana vniuersa discedere aliquis diceretur, si a religione externa eiusque formulis et adiumentis discederet. Est autem hoc certissimum, homines in christiana societate non coactos versari atque inuitos: sique cogantur, id fieri non iure christianismi, sed externae societatis. Iam aut porro manere volunt in hac societate, aut ex illa exeunt, atque sic externa iura lubenter resignant, quibus antea utebantur. Hic quis aptare potest istud nomen διψυχος?

ἀνατασάτος. Syra translatio hic distinxit verbum, et ἀντὶ διψυχος reiecit ad versum septimum; vix satis commode; licet accesserit Ill. *Michaelis* auctoritas. *Viae hominis*, pro institutis, et consiliorum continua serie. *Omnes* seu *plures* viae, describit hoc ipso fluctuantem hominem, qui incertus iam dextram, iam sinistram in partem quasi discedit; et sic nihil proficit. Itaque iubentur doctores et ministri religionis praecipue ὀρθοποδεῖν, Galat. 2, 14. nec inclinare ad dextram aut sinistram; hoc enim esset, duabus et pluribus viis incedere. 2 Cor. 6, 14. Paulus dixit ἑτεροζυγῶντες ἀπίστοις. nec ea instaurare, quae disiecta fuerant, v. 18. Rem eandem describunt ista Siracid. 2, 12. vae illis, qui timido corde

corde sunt et manus ab opere remittunt; et peccatori, qui incedit *duabus viis*.

v. 9. Debet autem haec animi christiana magnitudo apud vos succrescere; ut vel pauper aliquis et humilis christianus, qui e pristino fortunae statu iam deiectus est, gloriari possit hoc nomine, quod elata et nobili mente per christianam religionem auctus sit, et spernere didicerit illa peritura bona.

v. 9. *καυχᾶσθαι δε*. Iam exemplis illustrat istam partem, v. 2. et *πειρασμῶς* describit. In paraphrasi expressi conuersionem fortunae, quia v. 10. similiter ad instabilem diuitiarum conditionem respicitur; inde licet colligere, eum, qui iam est *ταπεινός*, fuisse antea in statu melioris fortunae. Praeit autem eius sapientiae exemplum, qua utendum sit doctori erga christianos, qui fortunarum conuersionem experiuntur religionis nouae causa. Sic igitur adhortandus et erigendus est, superare ipsi vel gaudendi et gloriandi causam, licet e pristino commodioris et lautioris vitae statu deiectus sit. *Ταπεινός* non solum pauperem intelligo, priuatum diuitiis, sed et abiectum iam, contemptum, contumelia affectum, honore exutum; sic Siracid. 2, 5. *ἐν καμινῷ ταπεινώσεως* explorantur homines *δικαίοι*. Tantum abest, ut metu periculi et damni, haesitandum illi sit, utrum retinendum putet christianismum: ut potius recta via laeto animo incedendum sit. Christianae virtutis cogitatione et precum consuetudine ita animum erigere debet, ut lubenter iam praeferat maiorum bonorum conscientiam et usum. Isto verbo *καυχῆσθαι* etc. Paulus saepe

B 3

viti-

vititur, εὐδοκῶ ἐν ἀνάγκαις est idem. Vix autem licet hanc sententiam transferre ad ordinem vitae externum, vt δαλος statu tamen se consoletur; aut vt minores ministri, qui quasi inanuum et pedum instar referunt, non ambitione agitentur; quia de πειρασμοῖς hic agitur. ἐν τοῦ ὕψι, scil. in domino, 1 Cor. 1, 31. in christianae mentis noua indole, quam mirifice augere, sed auferre calamitates non possunt. *Bensonius* tamen aliter explicat: si pauper antea, euehatur iam ad meliorem fortunam: iure suo gloriari et deo gratias agere debet. Quod quomodo conueniat cum πειρασμῷ, aut iam differat a v. 10 non intelligo. Si enim nuper pauper, hodie est diues, tum nihil discriminis superest, quo differat ab isto, qui hodie adhuc dicitur πλεσιος, qui nondum factus est ταπεινος. Hunc quomodo hortari potest, vt recens factus diues vtatur hoc praesenti statu ad καυχῆσιν, iste autem vetustiorum diuitiarum continuus possessor, non sit eodem animo?

v. 10. Sic et ille, cui suppetunt adhuc diuitiae, sibi ipse gratulari debet, quod sit hac mente, vt diuitiarum iacturam, si forte religionis causa facienda sit, ferre et pati possit. Ea est enim fors diuitiarum, vt non sint stabiles et diuturnae; tam celeriter euanescent, ac solet herbarum flori accidere.

v. 10. ὁ δὲ πλεσιος, scil. καυχᾶτω. Describitur christianus aliquis, qui de diuitiarum indole meliora iam didicit, vt iis fere non vtatur ipse; sicut Paulus alicubi praecipit, habentes, tamquam non habentes, atque 1 Tim. 6, 17. diuites admonet,

μη

μη ὑψηλοφροεν, quod est ταπεινοφροεν, seu ταπεινωσιν animo liberaliter imperare, atque fortunae conuersionem quasi iam occupare, quae quotidie impendit. Consentiat igitur vltro in istam indolem et ἀδελότητα, vt Paulus nominat, 1 Tim. 6. ; repraesentet sibi iam talem rerum suarum mutationem, atque christianam mentem, isto πειρασμῷ interea ipse confirmet.

παρελευσεται, scil. πλῆσιος. Eadem imago pingitur Iesaiæ 40, 6. seqq. eadem adeo verba, quae hic v. 11. leguntur, ἐξηρανθη ὁ χορτος καὶ ἐξεπέσσε τὸ ἄνθος αὐτοῦ ibi etiam exstant. Conueniunt etiam Psalm. 90, (græce) 5. 6. ὡς χλοὴ παρελθοῖ. — ἀνθησεται, ἀποπεσοῖ, ξυρανθήσεται. Eadem pictura Iobi 14, 2. homo ὡς περ ἄνθος — ἐξεπέσεν. Ignorus auctor commentarii in Threnos, quem olim Hieronymum falso putarunt, ironiam hic subesse statuit; sed recte iam alii, etiam Iustinianus, id reiecerunt; videntur sane omnia ob stare.

v. 11. Nempe vt oriente sole flores sese proferunt, ita cum solis ardor succedit, laeta illa herba exsiccatur, et flos collabitur, vt omnis illa eius gratia, quae oculis hominum commodum blandiebatur, pereat. Simillima est fors diuitis; eadem illa studia atque instituta, quibus diuitias homo et parat et ostentat, secum ferunt continuam ruinae opportunitatem. Haec christianos cogitare decet atque animo suo semper proponere.

v. 11. Eadem pictura viuidis quasi coloribus continuatur; nec inest aliquid obscuritatis; experien-

tia enim quotidiana rem confirmat. ὁ πλεσιος —
μαρανθισται. Illud ἐν ταῖς πορείαις αὐτῶν,
est omnino intelligendum de negotiis et institutis
continuis, quibus diuitiae et parantur et augen-
tur. *Itinera* ipsa nollem interpretari; sed ex he-
braismo verbi πορευεσθαι, vt Siracid. 5, 2. ἐξακο-
λαθειν, (quali qui viam sequitur) τη ψυχῇ,
τῶ πορευεσθαι (ipsum verbum tam vsitatum) ἐν
ἐπιθυμίαις καρδίας. Itaque ista descriptio ἐν
ταῖς πορείαις αὐτῶν, intelligenda est de diuite,
qui caret christiana mente; qui vnice deditus est
his studiis diuitiarum augendarum, carebit etiam
vero argumento καυχῆσεως. Quo magis *florere*
videtur, eo iam propior est calamitati. *Μαραν-*
θισται respicit ad tropum floris, cui sol maxi-
me fauens, affert hoc ipso interitum; *Plinius* lib. 2 1.
cap. 1. histor. natur. cum spectatissime florent, ce-
lerrime marcescunt. Nomen καυσῶν, cui addi-
tur non raro ἀνεμος, praecipue notum fuit Iu-
daeis; siquidem propiores erant istis regionibus,
quas *Eurus* solebat exurere; congeffit Ill. *Michae-*
lis multa, ad h. locum; quae repeti iam non
opus est. Ista autem diuisio, ταπεινῶν et πλε-
σιων, complectitur omnes homines; alii iam sen-
tiunt onus paupertatis, calamitatumque varia-
rum; aliis quasi impendet; plane carere omni
genere περισσῶν, nemo potest. Itaque satis
bene cohaerent, quae iam sequuntur.

v. 12. Non est igitur in rebus externis vera
felicитatis ratio; subiacent enim quotidianis con-
uersionibus. Calamitates et afflictiones semper
homines circumstant; iis se subducere nemo
omnino potest; ille igitur demum felix est et
fortunatus, qui huius generis explorationes for-
ti

ti animo sustinet; vt nec aduersis rebus statim frangatur, atque spem et mentem christianam abiciat; nec ista prosperitatis specie a virtutis indole recedat. Quod si forti animo istam virtutis suae explorationem vincat et superet, atque sic exemplo suo et alios prouocet ad contentum rerum pereunium: coronam istam immortalitatis, praemii loco habebit, post istam vitam fragilem; hoc praemium dominus iis pollicitus est, qui ipsum et immortalium decorum praestantiam sic omnino amant, vt res alias omnes ipsi postponent.

V. 12. *μνηστικός*, comparari debet carmen Christi Matth. 5, 10. 11. *πειρασμῶν*, cuiuscunque generis, catalogum fere exhibet Christus ibidem. Imitatur, vt plurima, Petrus 1 Epistol. 2, 19. 3, 14. 4, 14. *ὑπομένει*, constanti animo, ex contemplatione christianae praestantiae, quam hoc modo suam facit; itaque non cedit, non consentit in proposita irritamenta. Res enim est illa eadem Psalm. 1, 1. vbi idem dicitur *μνηστικός*, qui vincit istas illecebras, et exemplis malorum non permouetur.

δοκιμὸς γενομένος, innuit tempore et vsu continuo opus esse, vt homo ipse, tamquam per ignem aurum, a scoriis quasi omnibus liberetur, et animo inseratur iusta quaedam perfectio; accipiet coronam vitae enim, seu *diadema*, et capitis quaecunque praecipuum decus, antiquissimum documentum et symbolum summi in societate honoris, ergo et felicitatis. *Ad agonisticam* certe coronam nolim referre, quae Iudaeis nec nota nec optabilis. Sapient. 3, 8. sic explorati, tamquam

B 5

per

per ignem, κρινουσιν ἔθνη, καὶ κερτυήσουσι λαῶν.
 Conferrem Matth. 5, 5. οἱ πρᾶξις, terram possidebunt. Sapient. 5, 15. δικαιοί, εἰς τὸν αἰῶνα ζωσὶ (hic ζωῆς — 16. ληψόντα το διαθημα τῆ καλῆς ἐν χειρὸς κυρίῃ. Hinc et hic supplendum, accipient (ex manu domini) coronam vitae et felicitatis perpetuae; i. summam felicitatem; vt Sirac. 1, 18. corona sapientiae dicitur. Sic Paulus expectat coronam *iustitiae*, 2 Tim. 4, 8. quam accepturus sit a deo; corona, quae dei iudicium manifestabit, Paulum, Abrahamum — fuisse *δικαίους*, seu *δοκιμούς*, ipsi placuisse. Petrus 1 Epist. 5, 4. similiter dixit, ἀμαραντινὸν σεφάνον. Paulus autem Rom. 5, 17. ἐν ζωῇ regnabunt.

τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν, Paulus dixerat 2 Tim. 4, 8. omnibus, τοῖς ἡγαπητοῖς τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ. *Iacobi* phrasis Paulinam illustrat. ἐπιφάνεια domini non minus de praeterito tempore, quo Iesus Christi provinciam ingenuam expleuit, et doctrinam patefecit perfectiorem, quam nos ornare iubet Paulus, Tit. 2, 10. quam de futura alia manifestatione, v. 13. cuius cogitatione et expectatione christiani impelluntur, ad viuendum *δικαιῶς* et *εὐσεβῶς*. Dominum *amare*, est vitae sanctam rationem sequi, spretis et reiectis voluptatibus, quibus alii sic dant operam, vt deum postponant.

v. 13. Fieri igitur non potest, vt careamus nos Christiani huius generis explorationibus, quibus animi interna indoles sic agitur, vt iam aut ad virtutem studiosius se applicet, aut vitiositati concedat. Nec hic deum aliquis accusare potest, si minus fortiter se in hac quasi
 mi

militia gesserit. Fingite vobis istum et considerate eius statum mentis, qui aut voluptatis blandimento cuidam aut periculo ipse succubuit, atque christianae virtutis ordinem, improbe faciendo, migravit. Is igitur deum vituperabit, quasi ipsum ad male agendum sic impulerit? quia aut rerum multarum affluentiam suppeditavit, aut calamitate quadam hominem affixit? Nonne ipsa dei natura hic obstat? qui nec ipse malis et improbis studiis moveri et sollicitari potest, nec homines tam imbelles atque imperitos ad mala consilia praeferenda impellere?

v. 13. μηδεις πειραζομενος, supplendum καὶ ἐχ
υπομεινας, qui explorationi succumbit, et in
tentatione quacunque non constanter retinet christi-
aniam sanctam mentem. Simillima sunt ista Si-
rac. 15, 11, seqq. Haesitarunt iam plures inter-
pretes ad idem hoc verbum, πειραζομαι. Be-
za putat, a tentationibus *externis*, (quae antea
descriptae sint) iam descendere Iacobum ad ten-
tationes *internas*. *Iustinianus*: aliter accipit hoc
loco tentationem, quam initio capitis; nempe,
quae ex parte tentantis ad peccatum incitat. Sic
et *Bensonius*, duas significationes tribuit tam ver-
bo quam nomini; deus *tentasse* dicitur Abraha-
mum, Genes. 22, 1. Hebr. 11, 17. (hic tamen
negatur deus tentationis auctor esse;) sic saepe;
deus tentavit, i. e. *exploravit* Israelitas. *Altera*
significatio, est, incitare ad peccandum, unde
diabolus ἐξοχως dicitur ὁ πειραζων. Iacobum
v. 2. 12. viurpasse priori significatu; iam vero po-
steriori. Sed non opus est isto discrimine signi-
ficationis, licet iam *Augustinus* duas distinxerit;
Iacobus enim negare nullo modo poterat atque pro-

ignorare, deum homines *πειραζειν*, liberali consilio, ut eo magis spectari possit illorum virtus et probitas; negat vero, deum tentare *malis* promouendi causa, ut clare additur *ηκων*. Itaque non tam diuersa et distincta est significatio, quam eadem; discrimen est *hominum* ipsorum. Nam vel ista oratio excusaturi sua improbe facta, satis demonstrat, hunc hominem isto modo, qui describitur v. 14. 15. ipsum sic egisse; qua igitur ratione is dicere ausit, deum auctorem esse suarum actionum improbandarum? Quod autem attinet ad opportunitatem, quae huius generis sententias quasi adiuuerit, non dubito, et hanc repetere ex Pauli Epistolis; sicut ista disputatio de *fide* et *bonis operibus*, quae paulo post sequitur, similiter Pauli sententiis, male a quibusdam vsurpatis, recte tribuitur. Nec enim obscura est occasio peruertendorum carminum Rom. 9, 18. 22. 11, 7. 8. 8, 20. seqq. et toto capite 7; atque vel cap. 3, 8. ostendit, iam isto tempore quosdam simili modo aberrasse. Occupauit autem, *Iacobum* destinasse Epistolam Christianis et Iudaeis, *Romae* et alibi; igitur *Pauli* sententiae facillime innotuerunt isti alteri parti, atque non sine specie a quibusdam perueriti potuerunt. Ceterum difficillimae disputationi iam *Augustinus* locum fecit, de *praedestinatione*, qua ipse deus vi suae potentiae hominis voluntatem inclinet atque impellat, refutata ista distinctione *permissionis* seu *patientiae*, qua *Iulianus* et *Pelagiani* suo iure uti solebant. Transiit ista sic disputandi consuetudo ad scholasticos; praecipue *Thomistas*, qui eius rei rationem porro, suo ipsi modo et iure, explicarunt studiosius, per *promotionem physicam*, et praefinitionem voluntatis, quae vel his actionibus a deo affigatur, quae necessario cum peccati vitiositate sint connexae. Nobis autem sufficit, tales disputatio

tationes et analyses rerum moralium; ab Apostolis minime ortas esse; igitur non pertinere ad doctrinam et religionem christianam, sed liberas esse, atque priuatis ideis peritiorum hominum perimitti, si qua ratione eas suam in utilitatem adhibere possint; fas autem non esse, talia ingenii tam varia exercitia legum quasi et decretorum auctoritate aliis christianis imperari.

ὅτι ἀπο θεου περαζομεν. Vulgatus exprimit in tertia, *tentatur*; sique plura vestigia *variae* scripturae occurrant, statuerem, *abfuisse* utrumque, et existisse *tantum*, ὅτι ἀπο θεου. Sic et I Cor. I, 15. explico istam *varietatem* additionis ad eam partem, ὅτι εἰς το ἑμὸν ὄνομα. *Ad-*
dantur ista alia per librariorum.

ἀπειρασος ἐστὶ κακῶν. *Intentator*, vulg. quod *Harduinus* mirum in modum torfit. Est autem ἀπειρασος, ἀπειρατος, idem ac ἀπαθης κακῶν, ἀναίτιος, ἀμοιβος, ἀμετοχος, ἀχωρητος, ἐντος κακῶν. Quo notior est illa summae et perfectissimae naturae idea, eo imperitiores improbioresque hos esse oportet, qui malitiae cuiuscunque originem ad deum referebant auctorem; quia omnia illa vitia, quae nobis male agendi viam quasi sternunt, inuidia, superbia, vana cupiditas etc. deum ne attingere quidem villo modo possunt.

περαζει δε αὐτος ἔδεναι, haec sententia ex priori consequitur, quia deo nullo modo placere potest, quicquid a sanctitate et perfectione abhorret; igitur nec promouet atque adiuuat. Licet ad sensum adiicere, ἔδεναι ἀμαρτανοντα, ἀδικοντα, de his enim hominibus agitur. Nihil igitur obstat, quod aliis in locis dicitur *tentare*

tare Abrahamum et bonos homines; significat enim, ad maiorem perfectionem opportunitatem suggerere. Atque non videtur a re esse alienum, si statuamus, *Iacobum* illustrare et explicare hic illam partem orationis publicae, quam praeiuit Christus; *ne inducas nos in tentationem*, quam Iudaei, variis vetustis imaginibus et narrationibus (de Iobo e. c.) abusi, male interpretabantur. Christus enim hoc maxime vult, ut desinant discipuli tribuere magnam potestatem diabolo in homines; itaque commendat hanc formulam, qua deus rogatur, ut ne permittat τῷ πονηρῷ, cui tantum Iudaei plerique tribuebant, quasi per aliquod legitimi temporis spatium, hanc potestatem, ut potius nos omnino eruat ex omni isto metu; quod sit per christianam doctrinam studiosius perceptam. Nec dubitare licet, deum sic precantes audire. Postquam Paulus iam multum detraxerat iudaicis opinionibus et μύθῳ, luculentissime hic *Iacobus* veram peccatorum et vitiorum originem describit; qua auctoritate iam christiani doctores praecipue uti debebant, atque istas obscuriores aut crassiores sententias, quae iudaicis debentur studiis, negligere, seiungere atque remouere omnino ex christiana institutione. Vix autem opus est, admonere, agi hic non minus, quam Rom. 5, 12. seqq. de *adultis*, minime de infantibus; nec *mors*, quae per peccatum dicitur intrasse, de corporis morte praecipue intelligitur; sicut hic v. 15. clarissime confirmatur; quae descriptio imitatur Pauli doctrinam Rom. 7, 5. et v. 10. per continua peccata, ἀπεθανόν, nempe significatu morali; animi quasi mortem et exitium quotidie confirmaui. Hic sane certissimum est, deum, naturam perfectissimam, sibi non hoc proponere, nec hominis morale exitium dedito consilio promouere.

v. 14. Facile igitur intelligetis, vnumquemque, si succumbat vel voluptati vel timori, culpam omnem tribuere debere, non deo, sed sibi ipsi; domestica cupiditas hominem illicit et trahit, quasi monstrata boni, quo potiri queat, imagine.

v. 14. ἐκάστος δὲ, (scil. τῶν ἀμαρτανόντων,) πειράζεται, hac ratione; sic *Hermas*, qui iam vsus est hac epistola, iungit lib. 2. mandato 4. si quis tentatus fuerit a diabolo et peccauerit. Deus hic neminem incitat aut inclinatur ad peccandum. Haec descriptio est satis genetica et accuratissima; desinent tandem doctores christiani iudaicum istum modum rudiorum sequi et repetere ad Christianos, quo diabolus praeficiunt potentissimum peccatorum et scelerum auctorem. Pertinuit isto iudaica descriptio ad incutiendum metum et pudorem; quis enim tam tetra et foedo suavorum vltro obsequatur! Sed Christianis non opus est isto iudaicarum idearum satellitio, aliter corrumpitur cognitio christiana per iudaicas partes, quarum connexio minime consistere potest cum christianismo.

ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας ἐξελκόμενος, e statu quasi suo et loco se extrahi et dimoueri ipse patitur. Ἐπιθυμία haec ἰδία, non conuenit infantibus, sed adultis quodammodo; obiciuntur ideae rerum facultati cupiendi; sicut ferae, auibus, piscibus obicitur aliquid, quod auide deglutire solent. Istud ipse nomen δέλεαρ et similia, etiam alii adhibuerunt, ad descriptionem originis male ab homine gestorum. Sic *Plato* dixit, ἡδονήν, quam proponit ἐπιθυμία, εἶναι τῶν κακῶν δέλεαρ, quod *Plutarchus* imitatus est

est, τογλυκυ της ἐπιθυμίας ὥσπερ δελεαὶ ἐξεδεῖν homines; Cicero Platonis sententiam eximie commendauit, diuinus Plato *escam malorum* appellat voluptatem, quod ea videlicet homines capiuntur, vt hamo pisces. Itaque grauissima illa sententia exstat apud *Xenouhontem*, Memorab. 11. de animalibus, *τῇ ἐπιθυμίᾳ τὰ Φαγεῖν ἀγόντα πρὸς τὸ δελεαῖ* etc. itaque summae turpitudinis esse, hominem in agendo et eligendo, non differre a feris.

v. 15. Iam si cupiditas in animo hominis quasi admissa coaluerit, peccati iam semen cre-
scit, quasi foetus in vtero. Postquam peccatum quasi partus editum fuerit et consummatum, tum et peccatum quasi parit foetum et monstrum, nouum exitium, mortem quasi hominis animo infert.

v. 15. εἶτα, temporis quodam interuallo, licet exiguo, elapso. Hic status durantis ἐπιθυμίας, poterat in hominis potestate esse; poterat interrumpi. Sed iam homo sensim ipse cedit et consentit τῇ ἐπιθυμίᾳ, incipit velle, optare rem sic propositam. Hic hominis motus voluntarius in rem obiectam, comparatur cum marito coeunte; συλλαβῆσα, scil. ἀπὸ τῆς ἀνδρός. Non est, unde concipiat nisi de te, recte scripsit Augustinus. Consensisti, quia, (*quasi*) in corde tuo concubuisti. Forte et huc quaedam ex Rom. 7. possint accommodari.

τινὲς ἁμαρτιαν, scil. per hominem, qui iam ipse peccat, studium, manum, os, oculos, corpus — improbe adhibet; flagitia et scelera perpetrat. Fuisse inter eos, qui in christianam societatem

cietatem hic ibi coierant, variis vñ magistris aut antistitibus, qui non alieni essent a maleficiis vñtatis, ἐλευθεριαν a lege mosaica vertentes εἰς ἀφορμὴν τῇ σαρκί: satis scimus ex omnibus omnium Apostolorum Epistolis. Querebatur enim ipse Paulus de iis, qui Christum annuntiarent vel ex inuidia, auaritia, et voluptatum procurandarum studio; tales tam rudes et imperitos Christianos, apostolorum sapientia et fidelissima cura corrigere studuit.

ἀποκνεί, in ipso homine peccatore, θάνατον, exitum maximum; facultatibus animi cunctis perit verus motus et iustus ordo ad morales perfectiones; corrumpuntur et peruertuntur, vt iam non internam hominis virtutem et felicitatem adiuvant et promoueant; itaque infelicitatem hominis et turpitudinem foedam mors illa complectitur, Rom. 6, 21. τέλος ἐκείνων, nempe ἀναθαρσείας, ἀνομίας, θανάτος. Peccatum quod vitare non poteram, me occidit, Rom 7, 11. Ceterum vix dubito, Iacobum respicere ad pieturam Genes. 3. primi peccati; multi certe antiquiores interpretes sic explicare solent istam narrationem; vt Adam sit homo vnusquisque; concupiscentiae autem, mortis et infortunii imago sit serpens. Nec opus est, vehementius ista refutari; rem enim eandem omnes interpretes tenent, admoneri omnes homines, de vitando peccato; quod si feliciter agunt, nihil omnino interest, quibus partibus et coloribus descriptionem ipsi informant. Nec enim propter se ipsam ista narratio scribitur et discitur, sed propter omnes homines; vt frugiferum et salubre consilium feliciter et studiosissime sequantur.

C

Sectio II.

Sectio II. v. 15-27.

v. 16. Haec cum ita se habeant, procul abesse debetis, fratres dilecti, ab isto pestifero malorum hominum errore, qui christianam philosophiam, tam castam et puram, suis commentis corrumpere student.

v. 16. *μη πλαναοθε.* Alexandr. codex *addit* εὐ. Ad sensum omnino pertinet, sed non pertinet ad textum. Hac eadem formula Paulus saepe usus est. Atqui hic aliam sectionem distinximus, licet non insit Epistolae arctissima connexio; siquidem breuiter, in summam quasi colligit Iacobus eas admonitiones, quibus praecipue opus esse vidit christianis societatibus, quae variis magistris interea vsae erant.

ἀδελφοὶ μὲ ἀγαπητοί, haec oratio, mihi quidem, non tam omnes Christianos, cuiuscunque ordinis, quam muneris socios complecti videtur, quibus praecipue praeire doctrinae potiores partes debuit.

v. 17. Supernae originis est omnium verorum bonorum largitio; perfecta dona omnia e caelo ad nos demittuntur; nihil vitiorum inde ad nos deriuatur. Deus, auctor solis, lunae et astrorum, quorum beneficia sensibus nostris subsunt, varietati et vicissitudini semper obnoxia; sed deus auctor bonorum tantum, ut est ipse incommutabilis et sui semper similis, ita nulli plane vicissitudini aut imperfectioni est obnoxius; idem igitur vnice delectatur veris et constantibus

bus hominum perfectionibus, et peccati illud mortisque regnum inter homines, disiciere studeat.

v. 17. *πᾶσα δοσις* — *τελειον*, *Hexameter* vel scribenti excidere potuit; ut scimus accidisse multis scriptoribus. Graeci certe alicuius poetae, quos inter *Aratus*, *Menander*, *Epimenides* sunt, hunc versum fuisse, nondum constat. Atque vix licet dubitare, cum graeci Iudaei tam multas scriptiones graecas disseminarint, quas apocryphos libros dicebant, quia sedulo *occultarentur*, ut sodalitio proprii: fuisse etiam in illis partes quasi poeticas; ut paulo post *Sybillini* tam multi versus compositi fuerunt. Quod attinet ad rem ipsam, non puto arctius cohaerere cum v. 14. 15. opus esse diuino auxilio, ad superandam istam concupiscentiam; licet sententia sit vera; sed coniungi cum v. 13. et declarari istam partem postremam, *ἀπειρασος κακῶν* etc. Phrasis *πᾶσα δοσις*, exstat Sirac. 32, 9. sed alio in nexu. Rem eandem celebrat carmen Sirac. 39, 16. 33. *τὰ ἔργα κυρίου πάντα καλὰ σφοδρὰ* — *πάντα ἀγαθὰ*, quod idem est, ac deus *tantum* bona procurat; et Sapient. 1, 3. seqq. deus mortem non creauit, nec delectatur interitu viuentium; — *σωτήριοι αἱ γενεαὶ τῆς κοσμοῦ, ἧν ἐστὶν ἐν αὐτοῖς φαρμακὸν ὀλεθροῦ*, idem cap. 2, 23. 24. repetitur, ut iam ille auctor a deo amouere studuerit omnem speciem promotorum malorum. Ceterum ingenio abutuntur, qui sedulo requirunt discrimen, inter *δοσις* et *δωρημα*, inter largitionem, et munus ipsum; ut sit vnum naturae, alterum gratiae etc. ad rem forte magis pertineat, si statuamus, *Iacobum* docere, ista omnia bona, quae sensus hominum tam facile impellunt, non esse

C 2

vera



vera et perfecta bona, itaque et homines vanis votis, nouis semper, circumagi, a vera felicitate semper alienos; non igitur quaerendam esse felicitatem in rebus externis. Deo autem conuenire longe digniora et firmiora beneficia, *επερανισ* Ioh. 3, 12. quae homines vnice quaerere debeant; *ζητειν την δικαιοσυνην της θεας*, illa, quae sunt deo dignissima, quia sunt perfectissima.

καταβαινον, hoc genus bonorum et beneficiorum nouum est atque continuum; cetera omnia, quae terrestria sunt, sic oriuntur ordine physico, vt dici non possit, quod noui aliquid a deo procreetur. Sic Actor. 14, 17, Paulus quidem dicit, *εργνοθεν*, vt hic est *αρωθεν*, dare deum pluuias, et anni tempora insignire fructuum stabili serie; eo consilio, vt homines doceantur, deum esse auctorem beneficiorum, quibus vita illa naturali quodam ordine sustentatur; sed alius generis dona noua, nomine *Euangelii*, idem Paulus commendauerat. Ceterum simillime Christus loqui solebat, Ioh. 6, 32, 33. pater meus *εν της ερανς*, vt hic *αρωθεν*, iam vobis dat panem multo perfectiorem, animis diuinitus alendis destinatum, *ο καταβαινων εν της ερανς, και ζων διδως τω κοσμο*, i. e. hominibus vitam et naturam quasi nouam confert, vt hic deus dicitur *αποκνευ* homines per caelestem doctrinam.

απο της πατρος των φωτων. Vix operae pretium est, alios refutare studiosius; maneo in sententia, *Iacobum* designare solem, lunam et astra, quibus humanae vitae beneficia et commoda debentur; ab isto mundo corporeo debebant homines ad deum auctorem respicere, et summum perfectissimumque lumen et felicitatis alium quasi aeternumque orbem imaginari. Scimus autem
vel

vel Iudaeos quosdam, *Philonem*, e. c. post *Platonem*, distinxisse *superiorem* mundum, ab isto inferiori corporeo et mutationibus obnoxio. Illustrius *Michaëlis Φως*, laetitiam explicat; sed obflare videtur *pluralis*. Sic fere Paulus Actor. 14, 17. deus se, qui rebus omnibus praestat, non ἀμαρτυρον esse voluit; et cap. 17, 24. seqq. instruit eundem sermonem. Sic *Sapient.* 13. reprehenduntur statim ab initio homines, quod ἐκ τῶν ὁρωμένων αγαθῶν non collegerint ipsam dei maximam perfectionem, quod Φωσῆρας ἔρα-
 ρε loco deorum et dominorum honorarint; nempe solem, lunam, planetas. Nomen πατὴρ, pro auctore cuiuscunque rei, satis notum est ex hebraismo; *pater* pluviae; *Iahel*, pater habitantium in tentoriis; *Tubal*, pater canentium ci-
 thara etc.

παρ' ᾧ ἔκ ἐνι (ἐνεστὶ) παραλλαγῇ. Nempe hae descriptiones cadunt non solum in solem, si eius cursum homines comparant, lunam, et omnia sidera; hic est παραλλαγῇ; sed etiam in res omnes sensibus et visibus hominum quotidie subiectas; itaque nec homines carere possunt continuis mutationibus et vicissitudinibus, per omnem huius vitae naturalis cursum. Atque hominum, nondum correctorum, omnia studia sunt multo magis instabilia aut incerta; Sirac. 27, 11. stultus mutatur, αἰλοῖσται sicut lupa. Deus solus, ut est perfectissimae naturae, sic semper fertur in optima; describitur per istas negationes Φως αἰδιον, deus sic nominatur *Sapient.* 7, 16. i. e. fine παραλλαγῇ etc. itaque et sapientia soli et astris comparata, maximo intervallo eminet, v. 29. Mihi vix est dubium, *Iacobum* huc respexisse, ut saepe occurrunt in hac epistola vestigia ex isto libro. Igitur et semper deus secutus est

aliquem ordinem maiorum perfectionum, ratione hominum; numquam proposuit et suavitatem et voluptatem huius tantum periturae vitae. Rebus potius aduersis semper exercuit bonos homines, ut maiori perfectione animorum augerentur. Rem eandem aliter descripsit Paulus, Hebr. 1, 10-12. ἀλλ' αὐγάζονται.

v. 18. Pro sua igitur voluntate, qua semper fertur in bonum, per illam perfectam doctrinam nos quasi denuo genuit; (quia illa origo ex patribus nobis nihil prodest;) ut simus primitiae huius nouae conditionis: sumus certe inter primos per euangelicam doctrinam ad nouam animi indolem informati.

v. 18. βεληθεῖς. Rem eandem dicit Paulus aliter, Ephes. 1, 3-5. κατὰ τὴν εὐδοκίαν τῆς θεληματος αὐτοῦ, alibi κατὰ τὴν προθέσιν, κατ' ἐπιταγὴν aeterni dei. Alibi βελην θεῶν contempsisse et reiecissee dicuntur Iudaei. Hoc igitur vno verbo Iacobus multa comprehendit, etiam hoc πληρωμα τῶν χρόνων, quo tandem Christus, alio filios dei, maiori omine, κατὰ πνεῦμα, a deo generari, docuit, ἐκ θεῶν (βεληθεντος scil.) ἐγεννηθησαν. Ioh. 1. Nec enim est obscura imitatio phrasium καινῆς κτίσεως, generari ex spiritu, ἀνωθεν, Ioh. 3. 1 Ioh. 3.

ἀπεκρυψεν ἡμᾶς λόγῳ ἀληθείας. Paucis sed ingentibus verbis christianismi vera indoles describitur. Homines omnes ὑπερῆσαν τῆς δόξης τῆς θεῶν, de qua causa nostra, vitae ista tam inconstans et indigna consuetudo satis admonet. Itaque in tenebris esse dicuntur, et mendacium amare, ignorare autem τὴν ἀληθειαν, veram perfectionem.

tionem et praestantiam hominis. Iam deus per Christum impertiit λογὸν ἀληθείας, vti saepe Christus ad θελήμα πατρὸς, et λόγον eius, prouocat, atque omne illud effecit, quo opus est, vt humanum genus melioris conditionis et status particeps fieret. Totum hoc negotium a deo geritur, qui creat nouum hominem, κατὰ θεόν, imagine et similitudine dei longe alio omine praeditum, quam Mosaica illa descriptio continet. λόγος ἀληθείας obstat Iudaismo et Hellenismo, et consuetudini opinandi atque agendi pristinae, τῇ προτέρᾳ et ματαιᾷ ἀναστροφῇ, quam homo ψυχικὸς tantum sequitur, qui nondum expertus est hanc nouam vim diuinam, qua alio et nouo modo quasi generatur. Addidit Petrus aliam imaginem *femini*, 1 Epist. 1, 2. 3. Est autem eadem res, deus, βεληθείας ἀπεκνησεν, ac Ephes. 1, 5. προορισας εἰς υἰοθεσίαν; atque λόγος ἀληθείας opponitur similiter τῷ νόμῳ, et mediocri illorum cognitioni, qui erant δεδωλωμένοι ὑπὸ τὰ στοιχεῖα τῆ κοσμῆς, qui iam omnes υἰοθεσίᾳ frui possunt. Non sunt Christiani, licet nomine hoc quasi historico distinguantur, quibus deest haec experientia et diuinitus instituta series nouorum et sanctiorum animi motuum; cetera omnia possunt pro temporum et locorum varietate, variare; historica cognitio de rebus et sermonibus Christi atque Apostolorum, miris modis potest differre, quia temporum locorumque differentia secum fert historicae cognitionis varietatem; sed hic nouus vsus domesticus rerum cognitarum, ad internam perfectionem et similitudinem cum deo, auctore λόγῳ ἀληθείας, nulli christiano potest omnino deesse; aliter deest ipsi omnis πνευματικῆς εὐλογίας participatio; dei enim εὐλογία non caret effectū nouo in homine.



εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχὴν — κτισμάτων. Delentur sensim vetustae imagines iudaicae, et christianae notiones earum in locum sufficiuntur. Nos sumus noua dei *conditio*, κτισίς, κτισθέντες, Paulus non raro dixit, et falsas ideas noui mundi externi sic exstinxit; idem ἀπαρχὴν τῆς πνεύματος nominat, Rom. 8, 23. Noua generatio *filii dei* complectitur, quos inter hi isto tempore sunt quasi primogeniti, *πρωτοί*, tempore certe; non simul *τιμιωτάτοι*, vt graeci quidam addunt; sic Epainetus dicitur ἀπαρχὴ Achaiae, primus christianae religionis cultor, Rom. 16, 5. 1 Cor. 16, 15. Sic Philo nominat Iudaeos generis humani ἀπαρχὴν. Debemus igitur nouam indolem induere, abiecta pristina vitae consuetudine. Nam primi Christiani utique ex Iudaeis; videtur igitur inesse admonitio, ne sint aliis inferiores, qui priores essent. κτισματα dei iam sunt tot nouae religionis amatores, filii noui αἰῶνος. Plura carmina hebraica, quae nouum caelum et terram, nouam κτισιν pollicentur, hac ratione recte explicantur, ne porro peruerti, et παλαιότης γραμματος per ignauiam iudaicam retineri possit.

v. 19. Hoc cum debeamus euangelicae doctrinae, fratres mei dilecti, omnem hominem oportet quidem promptissimum esse, vt audiendo probos doctores semper plura discat et cognoscat; tardum vero, et minime praecipitem ad loquendum de rebus, quas nondum recte didicit; igitur nec facile animo commoueri aduersus alios, qui iniuriam inferre videntur religioni, isto alio vitae genere.

v. 19.

V. 19. ὥς — ἐξω πᾶς ἄνθρωπος. Ausim sic ex-
plere: non ignoratis istud carmen, *Sirac.* 5, 11.
γινῆταί τις ἐν ἀκροασεὶ σὲ, καὶ ἐν μακροθυμίᾳ
Φθέρῃ ἀποκρισὶν. Hoc carmen iure et meri-
to ad vos iam transfero; atque sic alexandr. co-
dex et plures olim alii, ἴτε, *itis*, scil. hoc car-
men. Nec diffiteor, mihi hanc lectionem maxi-
me placere. Date operam, fratres, doctrinae mi-
nistri, ut unusquisque paratus semper sit, ad di-
scendum; ut lubenter audiat scil. *τῶτον τοῦ λό-
γον ἀληθείας*. Nemo putet, sibi iam sufficere
istam cognitionem mediocrem; christiana enim
religio multum differt a iudaica opinandi consue-
tudine. De conuersionibus mundi externi sole-
bant Iudaei multa imaginari, quae tantum im-
propria prophetis descripta fuerunt.

Βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι, vix dubitabitur, hanc
partem pertinere ad christianos, quatenus sunt
christiani. Nam prout inest humanae vitae regu-
la, haud sane opus erat, Apostolum admonere,
post ista Prouerb. 10, 19. 13, 3. 17, 27. etc. Mul-
tas sententias similes collegit *Wetstenius*.

Βραδὺς εἰς ὄργην, circumscribo et hanc par-
tem, ut non sit regula, quae homines quoscun-
que regat, humanae vitae causa; sed quae hos
Christianos e Iudaeis praecipue compescat, et
odium in gentes reprimat. Istud enim per tem-
pus Iudaei ipsi iam iam aduersus Romanos consilia
agitare solebant; domesticum igitur quasi vitium
notat, quod speciem iustitiae, seu religionis ini-
tabatur. Sic Iudaeis, qui Paulo caedem intenta-
bant, Actor. 21. tribuit talem ζῆλον, cap. 22, 3.
quem describit Rom. 10, 2. quod non sit ex vera
et optima cognitione. Sed et de sacris ministris
bene intelligi potest; ut sint ἐπιεικεῖς, lenes,
non praecipitis in errantes irae.

v. 20. Nam quo quis est pronior adhuc ad iram et indignationem in alios religionis socios, qui ab ipso videntur differre: eo longius abest ab illa perfectione et praestantia diuina, ad quam christianos decet assuescieri.

v. 20. *δικαιοσύνην θεοῦ*, hoc confirmat explicationem huius irae et indignationis, quod quasi vindicandi dei aut religionis causa homines multa perpetrent, quae minime conueniant cum praeceptis dei; debebat enim vnusquisque se corrigere, atque praecipue ab istis vitiis cauere, quae ipsum a noua similitudine dei seiungunt; deus autem hac ratione est maxime *τελεος*, non statim ultioni et poenae deditus. Est igitur inepta indignatio in alios, quorum cura et correctio ad nos non praecipue pertinet; hac tamen ratione, licet sit stolidi et peruersa, solent homines pietatem et religionem suam maxime experiri et quasi approbare. *Cura animarum*, cura salutis, multa per secula a malis antistitibus vel sic gesta fuit, vt hominum bonis et vitae adeo damna inferrent; ab ista tyrannide longissime aliena est religio christiani; aliter didicit *δικαιοσύνην θεοῦ*, scilicet illam *της ἀληθείας*, Ephes. 4, 24. Nos ipsos oportet esse sanctos et iustos, sed cogere alios ad religionis idem studium, non possumus. Ceterum potest illa *δὲν* etiam coniungi cum *ἀκρίαι*, vt Iacobus admoneat, si admonitiones doctorum displiceant, quia saepe, quasi pharmacum acres sunt et mordaces, non conuenire, vt quis ideo animi aestu abripiatur; quod iam *Plutarchus* notauit, in libro de *offic. aud.* eius aliquot loca attulit hic *Iustinianus*. Alienum esse oportet christianum a tali *τροπή* et *ἀλλοίωσι*.



V. 21. Hortor igitur, vt amoueatīs a vobis omnem istam malignitatem mentis, quae cupiditatibus variis hominem inquinat; (impurus enim nemo est ideo, quia non est Iudaeus; nec ideo mundus est, quia Iudaeus natus fuit.) Leni potius et pacato animo lubenter suscipite nostram doctrinam, sicut semen terrae inseritur; sic sequetur hic fructus, vt animus vester particeps fiat nouae perfectionis, sanatus ab istis omnibus vitiis.

V. 21. ἀποθήμενοι, simillima oratio Pauli Coloss. 3, 8. ἀποθεσθε ὀργήν, κακίαν, (hoc nomen et hic exstat;) Ephes. 4, 22. ἀποθεσθαι et 25. ἀποθήμενοι ψευδος. Rom. 13, 12. ἀποθώμεθα τὰ ἔργα τῆ σκοτίας. Iacobum et Paulum quasi imitatus est Petrus, 1 Epist. 2, 1.

εὐταρίαν — κακίαν. Obseruarunt iam alii, respici ad circumcisionem, partis quasi superfluae, et ad studium Iudaeorum, quod lex Moſis imperauerat, vitandarum sordium, vnde *impuras* alias gentes tam facile spernebant. Vt igitur Christus docuit, nullum eibi genus, quod intret per os hominis, posse hominem morali iure inquinare; potius in et ex homine oriri omnem vitiositatem, κακίαν, quae porro varii generis fructus prauos exferat: ita et *Iacobus* originem moralis vitiositatis in homine ipso designat, et hortatur, ad abiiciendam spurcitiam et squalorem animi. κακίαν nominat; quo nomine non tam *malitia* quam *vitiositas* exprimitur, vt iam *Cicero* obseruauit, hoc nomen omni virtuti opponi, sicut *Aristoteles* etiam κακίαν et ἀρετὴν opposuit; nec putem huc pertinere, quod historici κακίαν militibus

tibus tribuunt, i. e. ignauiam. Hic enim animi vitiositas (ρυπον, ρυπαινέσθαι, de turpiter factis, etiam Graeci alii saepe dicunt;) primum eiicienda et tollenda est; cuius generis sententias praeclaras *Wettstenius* iam attulit; *Lucianus*, καθάραν προτερον την ψυχην ἐργασάμενος, και τον επ' αὐτῇ ρυπον ἐκλῆσαιμενος, et pulcherrimum locum *Iamblichi*, in vita Pythagorae: primum igitur oportet — τα παθη ἐκκαθαίραντα, και εὐρομενον τον λογισμον ἐλευθερον των τοσῶτων κακων, (παθη, κακα) tum demum ἐμ-Φυτευειν τι χρησιμον. Similiter *Cicero* loquitur, cultura animi (sicut ager colitur, purgatur a zizaniis, lapidibus etc.) philosophia est; haec extrahit vitia (κακα) radicibus, et praeparat animos ad *satus* excipiendos. Ita et *Theon* describit educationem puerorum, nihil aliud agimus παιδευομενοι τας παιδας, quam hoc, vt προσεκκαθαίραντες et προθεραπευσοντες, quasi συπτικοις quibusdam, per haec μαθηματα, tum λογος περι ἀπασης ἀρετης ἐνδεχοίντο. Liceat hic vel verbo admonere de grauitate et prudentia horum praeceptorum; nostri enim nuperi παιδαγωγισαι quanto interuallo ab his absunt! Ceterum rem, de qua hic agitur, hae sententiae luculenter illustrant; nam et christiana *emendatio*, et *correctio* multis *exercitiis strenuis* perficitur; negatiuis et positiuis, vt praecipiebant satis commode; sicut ista philosophica cultura, non consistebat leni cogitatione aut ratiocinio; nostra autem aetas haud paulo fortunatior, reiecit seueras formulas, corrigendorum puerorum, (permittit naturae habenas;) *conuertendi* hominis, auxilio dei, atque multum infra probos philosophos vel loquendo subsidit. Nempe, quid expectemus ab iis, qui Curios simulant et Bacchanalia viuunt. Sciebant hi Philosophi et Paedagogi, in-

inesse sordes *κακων* in homine; vix continuam culturam iis eluendis sufficere; sed nostri illi doctores nouae religionis negant, sordes nobis inesse; rident pios Christianos, qui *γνωθι σεαυτον*, quod de caelo descendisse iste dixerat, diligentius obseruant. Virisque licet pergere illa via, quam elegerunt; igitur et nos sequimur eam viam, qua eundum esse, iure nostro statuimus. Hoc vnum addimus, *Iacobum* tam certo de conscientiae iure confidere, vt nihil addat, de *cognoscendis* sordibus animi; securus scilicet, fore, vt post admonitionem de christianis praeceptis, sensus aliquis et morus nouus in animo percipiatur; quo, si homo iam vitur, istam vitiositatem eluere potest atque a se seiungere.

ἐν πραύτητι δεξαῖς, vnum alterum sequitur. Si turpis et foeda illa *κακία*, quae est homini domestica, cognoscitur atque eiicitur, succedit *πραύτης*, lenitas et tranquillitas, liberalior *διαθεσις*, promptitudo et inclinatio ad amplectenda nobiliora praecepta, post sedatos atque victos tumultus voluptatis et affectuum. *τον ἐμφυτον λόγον*, non opus est tam verbosis et multis explicationibus; series enim rerum ipsa facile declarat, significari hoc studium, *admittendae* in animum institutionis, *δεξαῖς τον λόγον*, vt sit, fiat *ἐμφυτος* in animo, tamquam in agro expurgato, *φυτευσάτω το καλον ἐν τῇ ψυχῇ*, *Libanius* dixit; ad *satus* accipiendos praeparari animos, dixit Cicero, et sic multi alii scriptores vsi sunt hac allegoria; Christus ipse in ista parabola, de agricola, qui seminat in agrum, variae indolis. Apostoli et doctores spargunt, *τον λόγον*; sic Paulus dicit, se *plantasse*, alios rigasse, christianam doctrinam, quasi semen; sed iam hominum est, vt animum parent, vt habeant instar

com-

commodae terrae. Sicut enim Paulus 1 Cor. 2. negat, *ψυχὸν δεχέσθαι τὰ τῷ πνεύματι τῷ θεῷ*, scilicet, quia inest in animo adhuc *ρυπαρία κακίας*, ita e contrario homines, qui doctrinam christianam sic audiunt et adhibent, ut hic describitur v. 22. seqq. certo diuinum semen in se admittunt. Ill. Michaelis mauult referre ad alium tropum, ut Cohel. 12, 11. dicuntur *λόγοι* — *ὡς ἥλοι πεφυτευμένοι*, ut comparet telis et spiculis. Sed si sic iam fuit *λόγος infixus* sicuti telum, non opus erat *admonitione*, ut lubenter acciperent. Obstat etiam illa descriptio, quae sequitur; hos auditores *obtutos* esse, et tantum auditores esse, non *ποιήτας*.

τὸν δυναμένον σωσαι. Inutilis est ista omnis quaestio de *Pelagianismo*, quae pertinet tantum ad statum externum societatum illarum, quae suberant Episcopis, quorum noua ministeria et instituta Pelagius nimis contemnere videbatur, *Pelagius* autem non plebi et multitudini operam dedit, sed hominibus peritioribus. His profecto nec hodie opus est vniuerso isto apparatu externorum sacrorum; nec dici potest, modo quis *rem* ipsam consideret, quod *Pelagius* nouam dei gratiam, seu doctrinam christianam, spreuerit; itaque et *Augustinus* aliquid monstri reperit in hoc, quod gratiam *doctrinae* Pelagius commendauit; a qua *Augustinus* gratiam *Christi* actualem, nouo sane iure et ausu, distinxit non solum, sed etiam seiunxit. Certum vero est, *λόγος habet hanc vim σωσαι τὴν ψυχὴν*, scil. admissus iam in animum. Hic operae sane non est pretium, litigare aliquem de *loquendi* formulis, ubi agitur de *rebus*, quarum experientiam et Pelagius et Augustinus pariter amabat. Sed ita habuit; populi ista rudis multitudo *absuit* adhuc ab intelligen-

gendae doctrinae usu, expers motuum nouorum in animo, oculis et auribus omnia impertiens. Itaque Episcopi suggererunt noua adiumenta, quae sensus ferirent certius; caerimonias multas baptismi et sacrae coenae, benedictiones, reliquias; atque his nouis additamentis tribuerunt gratiae particularem vim, quia spectatores talium rerum visu, et metu quasi percellerantur; cuius generis documenta, quae populi impetum produnt, non rara sunt in veteri historia; e. c. inuentio crucis Hierosolymis, reliquiarum Stephani etc. Pelagius igitur auctoritate proba et vera minime destituitur; vim enim ipsam Christianismi fidelissime adiuuit. Omnia dei sunt; nec aliquid dicunt, quod alios moueat, qui eius temporis sedulitatem secuti, statuunt, gratiam creatoris et seruatoris magno interuallo, in usu adeo ipso, seiungi. Res enim redit ad experimentum, ad intimum animi motum, qui ad idem beneficium tendit, licet pro hominum diuersitate eius mensura et vsura differat. Recte Christianis suademus, vt ne sinant magno interuallo se relinqui a probis et piis philosophis; sed το σοιον inest in his scintillis moralium exercitationum, atque facile se prodit per σωτηριαν ψυχης et noua virtutis internae studia. Sed et hoc addimus, differre posse iudicia Christianorum de iis notionibus et rebus, quae cohaerent cum σωτηρια ψυχης. Licuit igitur isti auctori symboli, Quicunque etc. multa huc referre, quia modum et notionem eius rei, (quicunque vult saluus esse) suo iure informauit; licet autem et nobis internam σωτηριαν describere accuratius, vt externarum ecclesiarum discrimen nihil eam ipsam impediatur; qui vero non solum societatem vnā externam, sed et eius omnem oeconomiam et consuetudinem loquendi, canendi etc. diuino iure et omne

ne vnice augent: nec sic odio aliorum digni sunt; imperite tamen agunt, si aliis non solum odium humanum sed etiam iram dei minitantur. Bone Deus, diuina philosophia est, σωσαι τας ψυχας, nempe corrigere animos et vitiorum consuetudinem eluere, praeceptionum ad omnes frugiferum vsum ipsum persuadere; hoc sciunt et crepant omnes Christiani; tamen plerique non obsequuntur huic regulae, quam Iacobus vtilissimam praeiuit v. 19. lubenter alios, etiam aliter loquentes, audire; sapienter abstinere a sententiis in alios ferendis, multo adhuc magis ab omni ira in alios alienum esse, quia veram religionis praestantiam, δμαιοσυνην δεσ, vnusquisque debebat ipse studiosissime exhibere suis factis. Fructibus enim iam Christus tribuebat, summam auctoritatem, non litigijs, formulis et descriptionibus sacris; loquendi enim consuetudo imitatur modum intelligendi; sed hic est et manet varius, diuersus, salua animi pietate et perfectione domestica.

v. 22. Nec enim quicquam proderit vobis, quod audire soletis nouam doctrinam, et quod baptizati estis; ipsi se turpiter fallunt, qui hoc sufficere statuunt. Opus iam est, vt nouis moribus hanc doctrinam exprimatis; alia vitae agenda ratio christianum demonstrat, non loquendi et disputandi domestica consuetudo.

v. 22. γινεσθε δε, scil. igitur. Haec est via vnica, qua doctrina christiana vim salubrem exferit, qua σωζεται ψυχη, hanc viam inde ab initio christianismi muniuit Ioannes, facite iam fructus dignos, μετανοιας, et Christus studiosissime commendauit, faciendam esse voluntatem dei, quam lu-

luculentius docuit. Itaque non miramur, tam multos romanae ecclesiae ciues grauius offensos fuisse ista phrasi, *sola* fide aliquem salutem nancisci; atque temporis praecipue tribuendum videtur, quod ista offensio aut tolli aut tolerari non potuit. Pars enim vtraque sequitur ius conscientiae, quia aliter intelligit sic prolatas sententias; *fidem* certe aliter isti romani intelligebant, aliter nostri et nostrorum maiores. Nec enim illi, qui tam lubentes tam hilares confirmant, *sola* fide se saluari, contradicunt huic sententiae, nos esse ποιητας τὰ λόγῳ, sunt enim iam maxime ποιηται, quicunque *fidem* habent pollicenti et praecipienti per Christum deo; atque Christus ipse hoc dixit esse praecipuum et deo maxime dignum ἔργον, quod nouo omine credimus, Ioh. 6, 29. Obstitit autem nominis, *opus*, *opera*, latinismus, quo minus boni et cauti Christiani amarent phrasas, saluari aliquem *per opera sua*, siquidem de externis exercitiis vsurpari hoc nomen solebat, studere *bonis operibus*, *bonis operibus* deditum esse. Haec autem externa omnia ministeria et studia, in alios collata, sciebant prouenire *ex fide*, esse eius documenta perpetua; et si quid praeter ea ipsa afferant homini vtilitatis, sicut omnino afferunt ad augendum christianum habitum, hoc esse dei ipsius vim et ordinem, non esse homini tribuendum. Altera vero pars latino vsui nominis *opera*, iam diu adsueta, qui *fidem* praecipue de *symbolo* adhibebat, quod omnes Christiani retinent: sciebat hos Christianos dici quidem ecclesiastica consuetudine *fideles*, sed hos abesse tam adhuc a studio bonorum operum, vt vel furari et occidere soleant; itaque diligenter admonerent, *fidem* sine bonis operibus hominem, meliorem in statum, in statum salutis, non transferre. Vsa est igitur pars vtraque suo iure, et sic conti-

D

nuata

nuata est duplex theologica loquendi consuetudo; eam vi et contumeliis tollere non licet, sine manifesta iniuria. Itaque libera est illa docendi et loquendi ratio; licuit *Luthero* et aliis, praeferre illum docendi modum, qui obstaret imperitiae et feritati των πολλων, qui isto tempore *bonorum operum* nomine corrupto et futili solebant omnes abuti; ut declararetur vera atque interna vis religionis, qua homo ipse arbitrari et iudicare de se, et interno statu indolis suae discit. Ista omnia *opera bona*, quae isto tempore vnice intelligebantur et frequentabantur, nihil omnino conferre ad internum hominis digniorem et perfectiorem statum; solam fidem hominis esse fontem suae, qua caret, salutis; fidem vero esse foecundissimam matrem operum longe meliorum. Hic si *Lutherus*, *Augustini* non raro praecepti discipulus, locutus est aliquando intemperantius, calidius, vehementius: scimus tales sermones non pertinere ad commodam doctrinae rationem. Rem igitur eandem retinemus; sed docendi modum nostrae aetati adaptamus.

Ceterum ipsum verbum γινεσθε secum fert successionem perpetuam horum exercitiorum, quae a parvis initiis sensim felicius locum habent; itaque Petrus 1 Epist. 2. inde incipit, ως ἀρετιγεννητα βρεφη, quorum mediocria humanae indolis tirocinia omnes norunt.

παραλογιζομενοι εαυτας, quasi sufficiat, auduisse et memoria retinere symbolum, historiam Christi praeteritam aut futuram; aut vetustam gentis praestantiam supplere ea, quae in Pauli discipulis plura et maiora spectari possunt. Decipitis vos falsis argumentis istis, opinionibus autis; itaque et Christus iussit iuuenem, Matth. 19, 17. seqq.

17. seqq. seruare praecepta; cumque id Iudaeo quasi domesticum esset, maiora proposuit; quorum praestantiam et veritatem agnouit quidem, sed iam factis suis exprimere reculauit; *αἰσχροῦς*, sed non *ποιητὴς τῶν λόγων*. Est autem frequentissimum hoc vitium, vt homines externo studio religionem suam absoluant, frequentatione templorum, lectione librorum frugiferorum stata, et feuero Zelo in alios, qui sint haud paulo negligentiores; hinc fiducia succrescit in bona haec opera, quibus falso eum fructum attribuunt, qui non inest. Verissime autem dicitur, quod his rationibus falsis se decipiant; nec enim vel hilum fiunt ipsi meliores.

v. 23. Istum errorem similitudine quadam vobis explicabo luculentius. Similimus est iste Christianus, qui audiendo et loquendo, religionem meliorem se iam praestare putat, sine nouis moribus et factis, homini vano, qui faciem natiuam contemplatur in speculo; itaque et naeuos videt et maculas.

v. 23. *το προσωπεν τῆς γενέσεως αὐτῆς*, bene explicat iam Iustinianus, sed post Lutherum, vultum, quem in sui ortu accepit, vultum corporeum; sic *Eustathius* plane apud *Wettstenium*, *τὴν εἰκόνα τῆ ἐκ γενέσεως προσωπῆς διαγχαφέν*. Est discrimen comparisonis, vt recte admonuit Ill. *Michaelis*, vultus corporeus et *moralis* distinguitur. Elegantissime *Plutarchus* rem eandem dixit; quem locum *Iustinianus* attulit ad versum 19. e libro de offic. aud.; *Wettstenius* autem graece ad h. l. Quis ferat te in tonsrina surgentem, mox *assistere speculo* et contactu capitis caesariem contueri, num probe sis tonsus; et a scho-



lis, vbi sermonem audisti, non protinus te ipsum contemplari (quasi in speculo morali) et ex animo tuo discere, quid miseriae (moralis), implacabilitatis, aut inmodestiae decesserit, quantoune factus sis tranquillior, atque iucundior; quando non tam vere quam eleganter dixit *Ariston*, neque balnei esse vllam vtilitatem, neque orationis, vnde non prodeas purior. Tam grauis oratio multos nostri temporis et doctores et auditores in pudorem conuicere potest; scholarum philosophicarum fuisse hoc omen quasi et consilium, vt doctores auditoribus animi vitia commonstrarent, et hi ea studiosius eluere iuberentur! Multo autem magis doctrina christiana, nostri, speculi loco vti debebant, quod commonstret ea, quae aliter scire et cogitare non possunt; eo autem consilio monstrat, vt cognita vitia studiosissime eluantur. Eodem nomine lex diuina toties luci comparatur, qua carere homo non potest. Illud *κατανοεῖν* significat leuem et exilem cognitionem, quae rem ipsam animo non repraesentat. Sic multi Christiani colligunt tantum historicam cognitionem, quae ipsorum pristinam indolem non tangit, et mutat in meliorem.

v. 24. Certum est, quod se sit contemplatus; sed iam recedit a speculo, et ne meminit quidem, qualem se conspexerit, quae maculae in facie haereant; tantum abest, vt maculas eluat; remanent igitur pristinae sordes.

v. 24. *κατενοήσε γὰρ*, referunt plerique interpretes ad similitudinem illam clarius pingendam; vt suppleatur quasi, *ὁ τοιοῦτος*. Sed possit etiam referri ad *ἀνθρώπου*, saltim repetenda et supplenda

da est haec pars, quae inde, ex ista similitudine, illustrat negligentiam auditoris. Hic Augustinus illud *κατενοησε*, tribuit gratiae *praeuenienti* hominis propositum et studium; alii nominabant *tactum*, *pulsum* gratiae; *Iacobus* autem hominem ipsum reprehendit, postquam *τω λογω* tribuerant eandem vim salubrem, *τε σωζεσθαι τας ψυχας*, sicut Paulus eadem fere phrasi vsus fuerat, Rom. 1, 16. Euangelium est *δυναμις θες εις σωτηριαν*. Atque satis certum est, iam non opus esse difficili sedulitate docendi; nihil enim porro huc pertinet ex loco corruptionis naturalis et *αδυναμιας*. Doctrina, quae iam auditur et mente percipitur, impertit homini hanc vim, quae nunquam ipsi opus est. Verissime hoc tenuit *Pelagius*; licet isti Africani per domesticam intelligendi consuetudinem *actualem* praeterea gratiam accedere statuerent. Ista diuersitas fuit verborum et phrasium; saltem imperare *Africani* non poterant vnicum docendi et intelligendi modum; nam, vt est magna ingeniorum diuersitas, ipso deo diribitorẽ et arbitro, ita et eorum colendorum et molliendorum mensuram deus non eandem omnibus praescripsit.

v. 25. Iam christiana haec tam perfecta doctrina seruat et ipsa speculi instar, sed sic, vt ipsam voluntatem hominis commoueat et excitet. Hoc in speculo si quis se conscientiae oculis contemplabitur, et quidem non negligenter, sed continuo studio, minime iam auditor tantum leuis, qui facile obliuiscitur ea, quae audit, sed rebus efficiendis ipse deditus, vt vitae noua ratione exprimat et reddat: (quod alius alio modo efficit, non omnes eodem) hic de-

num beatus est, per hoc christianae virtutis continuum studium; (non per imagines et opinionones vsitatas.)

v. 25. ὁ δε παρακινῶν. Ipsum hoc verbum secum fert destinatum studium; prona corporis inclinatione, vultu demisso, vt ipsa propinquitas oculorum adiuuare possit visurum, vt de Petro Luc. 24, 12. exstat; hic metaphorice, vt 1 Petr. 1, 12. angelis tribuitur; ex imitatione picturae mosaicae, τῶν Cherubim. Iam illa descriptio εἰς νομον τελειον της ἐλευθερίας innuit negotii, de quo agitur, magnitudinem. Facile enim intelligimus, (δοσιν ἀγαθὴν, δωρημα τελειον, forte addere licet) τὸν λόγον, λόγον ἀληθείας, et τὸν νομον τελειον — esse doctrinae christianae descriptionem, quae magno intervallo sic seiungitur a lege mosaica, quae Iudaeis nouum vitae moralis illum motum, vim illam τὴν σωστικὰς ψυχας, non poterat impertire, vt Rom. 7. copiosius describitur. Gal. 6, 2. dicitur νομος χειρῶς, sic et 1 Cor. 9, 21.; vt Rom. 3, 27. νομος πίστεως. Nominat autem τελειον, sicut Christus ipse Matth. 5, 17. ideo veni, vt istam minorem legis formulam, multo iam *perfectiorem* repraesentem et proponam; sic enim eruditiores patres semper interpretati sunt, atque est haec omnino vera expositio; nec dubitarunt patres plerique Christi legem, i. e. doctrinam de religione et perfectione hominis, ideo *nouam* appellare; serius demum subnata est illa sedulitas, quae verbis et terminis magis studet, quam rebus et notionibus ipsis. Idem dicitur Ioh. 1, 17. lex quidem illa per Moysen genti suae lata fuit; ἡ χάρις (dei scil.) καὶ ἡ ἀλήθεια, vt antea Iacobus dixit λόγον ἀληθείας) perfectior et dei dignior cognitio, Iesu Christo debetur. Itaque et Christiani
iu-

iubentur stare *τελειοι και πεπληρωμενοι*, Coloss. 4, 12. et Paulus id vnice vbique agit, vt e statu infantiae ad aetatem et indolem perfecti viri christiani sensum adscendant. Tandem et illud nomen, *ἐλευθερίας* maxime imitatur Pauli doctrinam; vidit iam *Bensonius*, *Iacobum* tantum innuere et quasi leuiter indicare; nondum potuisse tanta claritate et vi sermonis vti, qua pluribus in epistolis vsus est Paulus. Haec observatio est omnino vera; fundamentum hoc christianae doctrinae solidum posuit Paulus, 1 Cor. 3, 10. seqq. et praecipue in Epistola ad *Galatas* id maxime egit, vt perstarent in hoc vsu libertatis, nec *iugo eruituris* se subiiciant; rem eandem tractat in Epistola ad Ephes. 2, 14. seqq. Coloss. 2, 14. seqq. 2 Cor. 3, 6. seqq. v. autem 17. similiter decernit, *ἐλευθερίαν* regnare in Christianis, nec tamen *σαρκά*, aut *ἐπιθυμίαν* pristinam tuperesse. Nec est negligendum, quod *Bensonio* addidit Illustris *Michaelis*, Iacobum praecipue se opponere illis, qui istam Pauli doctrinam moribus suis peruertebant, atque vel a publicis flagitiis iam non abstinebant; nempe alieni adhuc ab isto sensu et vsu longe perfectioris cognitionis, *ἀληθείας*, quae hominem ipsum mouet et incitat ad internam sanctitatem. Haec cum nostri maiores maxime et perspexerint et tractauerint, parum aequum est, quod vel *Iustinianus* ista larua et suspitione aduersus nos vitur, *Lutherum*, *Caluinum* etc. docuisse, iustos nulli penitus legi subesse; in fiducia iustificationis quaerenda nullam legis aut operum rationem habendam esse etc. Non decebat virum grauem et probum ista se apud suos, qui malis oculis solent vti, defendendi et commendandi malignitas. Res potius est, consuetudinem docendi et loquendi non esse omnino vnicam; hoc ipsum maxime pertinere

ad libertatem, quae christianis est propria. Hanc libertatem religionis facilius commendandae, nostri suo iure instaurarunt, abiecto imperio papae, cui se iam plerique omnes subtraxerant. Omnes enim, omnium partium christiani, hoc tenent, Paulo praeunte, nos liberos esse a peccandi foeda consuetudine, et iam ipsos lubentes et volentes seruire deo, animo et corpore ei deuotis; et sic fructus procreatur sanctificationis nostrae et vitae aeternae, Rom. 6. Ceterum Christiani non possunt non seiuncti esse ratione externarum societatum; harum etiam iura externa sunt diuersa; vt scimus ab initio rerum christianarum talem fuisse statum, mixtum et compositum; christiani eodem omnes ingenio et consilio praestanti duci debent; haec est *unica formulae coniunctionis* verae et vniuersalis; sed, quia Christiani sunt et manent homines, quos tempus et locus diuidit, non possunt omnes esse *in eadem unica societate externa*; nec hae societates possunt esse paris aut eiusdem conditionis; differt potius illarum status pro aliarum humanarum rerum, quae coeunt, varietate et diuersitate. Caueamus igitur a stolidis multorum pollicitationibus et μεγαλοφρονιαις, qui *unicam religionis formulam* se informare magno ore iactant, et societates bene compositas, ratione publicae tranquillitatis et commoditatis, cyclopice perturbant. Si vlli sunt hostes atque inimici *libertatis*, quae Christianorum omnium est commune bonum: hi illi sunt; homines suarum rerum peruertendarum exemplo satis insignes, qui omnia sursum deorsum agitant, umbra et inani specie homines leues et ipsis iam similes euocant, ad ineundam societatem no-
uorum tumultuum suscitandorum.

καὶ παραμεινας, in hac lege; addunt vulgatus et syrus; ill. *Michaelis* repeti inauult, το
εσσιπρω

ἐσοπτῶ, quasi τῷ Euangelii, vt opponatur illi, v. 24. qui statim discessit. Extra tropum speculi, commendatur illud studium continuum meditandarum doctrinarum, Psalm. 1. Sic saepe Christus dixit, *manete in mea doctrina*, *manete in me*; et Ioh. 1 Epist. 2, 5. etc. repetit. Itaque hoc maxime opus est, vt homo quasi praesentem et animo impressam doctrinam de christiana salute semper habeat; tum certo hoc sequetur, fiet ποιητής.

ἀκροατῆς ἐπιληψμονῆς, antea v. 22. auditor tantum, vt Rom. 2, 13. iam Paulus opposuerat ἀκροατὴν et ποιητὴν.

μακάριος ἐν τῇ ποιήσει αὐτῆς. Haec descriptio modi, ἐν τῇ ποιήσει, iam declarat, quid sit μακάριος. Opponitur τῷ, παραλογιζόμενοι, hic minime voto suo excidet, fiet ipse beatus, σωτηρίαν τῆς ψυχῆς nanciscetur. Consistit enim hominis σωτηρία, in statu opposito perditionis, corruptionis, perturbationis moralis. Statum autem perfectiorem sine continuis exercitiis et studiis iustis et rei conuenientibus, nemo acquirere potest. Haec igitur continua ποιησις, auget et perficit hominis facultatem intelligendi et capiendi moralia bona, quae christiana religio proponit; dei cognitio christiana fit quotidie clarior et firmior, itaque liberrime agere christianus potest, et contrahit consuetudinem sanctorum studiorum et votorum; res igitur etiam humanas optime et studiosissime ager. Hic vero animi christianus status est haud dubie status felicitatis stabilis et permanens. Ceterum, si memoria repetimus tum antiquiorum doctorum formulas, tum ista certamina seculi 16. illud facile perspiciemus, christianae salutis et felicitatis fuisse omnes

cupidos, et suo modo studiosos, licet *idea* seu picture *salutis* et *operum* aliis alia placuerit; nec mirabuntur illi omnes, qui humanorum negotiorum et studiorum sunt arbitri non imperiti. Nec enim hoc effici potest, ut omnes homines, tam diuerforum temporum et locorum, conueniant semper in ideis rerum, istarum praecipue, quae sensibus hominum non subsunt.

v. 26. Et si igitur inter vos sunt forte non pauci, qui aut sibi videntur esse satis religiosi, aut ab aliis pro talibus habentur, quia abstinent a consuetudine gentium, a cibis variis, a matrimoniis, et similibus rebus, quae ad vitam externam Iudaeis olim praescriptam pertinent: ii non leuiter errant. Si e. c. ne linguam quidem refrenare didicerunt, si conuitia usitata effundunt, dei quasi colendi causa, in imperatorem, in magistratus, atque in alios non christianos; si vanis votis et desideriis ultro ducuntur, et rerum ingentes conuersiones expectant: hi sane falsam et futilem religionem adhuc informant; non illam christianam.

v. 26. *Θρησκος ειναι.* Videtur eos tangere ex Iudaeis iam Christianos, sed auditores tantum, *ἐπιλησμονης*, qui tantum aberant a benigna in alios Christianos voluntate, quotquot alieni essent a lege mosaica, ut praestantiam vnice sibi tribuerent, religionisque iustam auctoritatem ab institutis domesticis repeterent; abstinentes e. c. a cibis, a consuetudine gentium; superstitiosi igitur potius et nimis religiosi, quam verae christianae religionis periti et participes. Tales *Θρησκος* simul

simul erant ἐθελοθησκοί, alieni a communione et societate aliorum christianorum, quales fere Paulus describit Coloss. 2, 18. non contentos liberali descriptione nouae religionis, qua tantum opus erat, sed inflatos iudaicarum caerimoniarum ideis; Pharisaeis istis similes, qui minimarum rerum erant seduli et molesti arbitri; officiorum vero in alios homines, quasi sic polluerentur, negligentes et contemtores.

μη χαλιναγωγῶν γλωσσαν, videtur et haec pars cohaerere cum amore Iudaismi; vt scimus ex Pauli Epistolis, multos Iudaizantes circumiuisse, et turbasse nouos Christianos, μεγαλαυχοντας, gloriantes ob circumcisionem et morum Iudaicorum austeritatem. Itaque iam Oecumenius bene intellexit γνώσης τῶν ἐν τῷ νόμῳ ἀπορητῶν, καὶ ἀκριβῆς φυλαξ. Idem sunt, ac antea v. 19. reprehendit, nimis praecipites et ταχεῖς εἰς τὸ λαλῆσαι; cumque sciamus, ex antiquissimorum temporum documentis, exstitisse e Iudaeis christianis atroces et infensos hostes Pauli, satis verosimile videtur, tales hic iam tangi et notari. Certum enim est reprehendi talem linguae temeritatem, quae de praestantia θρησκείας huius, vnicae, vehementissime contendit; atqui hoc non aliter locum habere potuit, quam *detrahendo* aliis doctoribus et illorum discipulis. Rem eandem igitur hic innui puto, ac Actor. 17. describitur; Iacobus quasi copiosius iam reprehendit istos ex Pharisaeis, quos iam Paulus sic describit, Gal 2. quod τὴν ἐλευθερίαν paulinam quasi ex insidiis obseruarint, et Christianos in seruitutem iudaicam redigere studuerint. Hi sane omnem male loquendi et calumniandi opportunitatem captarunt. Postquam igitur Iacobus ipse sententiam dixerat, v. 25. de iusta et vera liber-
tat

tate Christianorum, eamque aduersus abusum munierat: commodo iam loco istos thrasones iudaicos reprimit, qui ipsos inter christianos seuerioris religionis speciem sic circumferebant, vt aduersus istos alios Christianos, qui legem Moisaicam omnem amoliri a se didicerant, praecipitem sententiam publice priuatimque ferrent. Ill. *Michaelis* nexum orationis repetit a v. 13. si quis pium se credit, et tamen tantum linguae permittit, vt licentiosa verba in deum euomat etc. Sed minus certum est, orationis seriem continuari; atque Iacobus sane non tam improba et licentiosa *verba* sic debebat reprehendere, quam ipsum animum, atrocium verborum fontem. Hac vero phrasi *χαλινάγωγεν την γλωσσαν*, externi damni causa vitur, ne porro scindantur Christiani, ob legem mosaicam; ipsam vero conscientiam quasi Iudaeo permittit; non vetat, quo minus ipse continuet Sabbata etc. intercedit tantum, ne praecipiti lingua alios christianos etiam perturbet.

ἀλλ' ἀπατων την καρδιαν αὐτη, sibi ipse mirum in modum placet, *τολμητης, αυθαδης*, 2 Petri 2, 10. qui vel in Imperatorem et dominos inuehere audeat. *καρδια* Iudaei, est usitata votorum et desideriorum consuetudo; plane vt Deuter. 29, 19. *εν τη αποπλανησει της καρδιας μη πορευσομαι*; et Sirac. 5, 2. *πορευωται εν επιθυμιας της καρδιας*. Idem est *απαταν* et *αποπλαναν την καρδιαν*. Decipit inani spe et vaticinatione ista cor suum; ipse experietur stoliditatem votorum suorum. Iudaei sperabant et optabant exitium et interitum Romanorum; itaque et diras exsecrationes sensim proferebant; atque haec opinio maxime impedit societatem cum christianis e gentibus. Eius generis *imprecatio*.

cationes non raræ in *apocryphis*; Sirac. 33. et alibi, tandem carmina *Sibyllina* ficta; unde *odium* generis humani Iudæis his olim tribuebatur.

ἡ *θρησκεία*, vniuersa eius de religione persuasio est inanis; tantum abest, vt sit hic eo perfectior, et deo dignior, quo ipse est maledicentior in omnes, qui veram religionem aliis finibus describunt et aliter informant. Historicus est sensus, licet ignoremus historiam. Nempe hic homo Pharisei istius vanitatem imitatur, qui deo recitabat istam praestantiam, quod Iudæus esset, abstinere a cibis, augeret decimas — nihili autem reputans ista vitia et flagitia, quae Christus exprobrat, comedere bona viduarum etc. Rem eandem hic agit Iacobus ac Christus, qui Matth. 5, 20. docebat, longe abundantiore *δικαιοσύνη* a deo requiri, quam sit ista *θρησκεία* Pharisaeorum et doctorum iudaicorum. Ceterum nomen *θρησκεία* hic de vniuersis vitae institutis valet, quibus homines dei cultum prodere possunt. Inanis est illa religionis christianae perfectio, quae domesticis decretis et opinionibus absoluitur, continuus in alios homines studiis et meritis liberalibus destituta.

v. 27. Religio casta et immaculata plane contrariae est indolis; in commune consulit, molestiis et miseriis hominum tollendis studet; tantum abest, vt dei causa christiani hominibus mala imprecantur, et ex eorum calamitatibus suam felicitatem promotum eant. Haec igitur sola religio deo, hominum communi parenti, probatur, quae dei beneficentiam et misericordiam, quam christiani prae aliis addiscunt et

ex-

experiantur, studiosissime imitatur. Exempli causa commemoro, orphanis viduisque afflictis auxilium ferre, quo opus est; utque his officiis praestandis paratus sis, abstinere ab immunditie illa interna, quae voluptatum et cupiditatum amore mentem inquinat; quibus solis homines non Christiani a nobis differunt.

v. 27. *ῥησις — παρα θεῷ καὶ πατρὶ.* Haec descriptio *παρα θεῷ*, seiungit omnem opinionem hominum de religionis apice; falsa idea de deo, qui sit tantum deus et pater Iudaeorum, Catholicorum etc. peperit religionis istam corruptionem, ut statuerent, deo praecipue placere illa omnia, quae Iudaei reperirent et ad dei honorem referrent. Contra, quo est idea de summo ente praestantior et perfectior, hoc erit et religio purior et castior. Itaque iungit Iacobus nomen *pater*, quod non minus refertur ad omnes homines, quam nomen *deus*; ut admoneat, quod iam Paulus dixerat, deum Iudaeorum et gentium deum esse pari omne et iure; igitur omnium hominum veram salutem et felicitatem adiuuare, per simillimam rerum administrationem; itaque et per tales calamitates, quarum subleuandarum studium homines cum hominibus maxime coniungit. Praestantissima autem est illa descriptio, *καθαρα καὶ ἀμικτος*, quae secum fert, abesse debere propriae utilitatis, proprii honoris avarum studium; itaque *abnegationem* sui commendat Christus primum omnium; et beatos illos praedicat, *τὰς καθαρὰς τὴν καρδίαν*, hos enim dei perfectam naturam et praestantiam prae aliis recte intellecturos et imitaturos esse. Innuit igitur Iacobus, ante omnia votorum et consiliorum *καθαροτητα* procurandam esse. Qui hac ratione ipsi

ipsi puri et mundi effecti sunt, illis omnia sunt munda; intelligunt veram perfectionem sui, igitur et religionem, non ponendam esse in abstinentia a cibis, a gentibus, aut in obseruatione legum mosaicarum, quae gentem hanc a gentibus seiunxerant; sed religionis perfectioris usum nondum manifestauerant. Non obscura est comparatio istarum legum, quae pollutionem ciuilem et externam Iudaei tot modis describunt.

ἐπισκεπτεσθαι ὀρφανούς καὶ χήρας — Ego non dubito, Iacobum sic repetere paucis praeceptum Christi, Matth. 25, 35. 36. de his egenis Christianis; sicut Iacobi 2, 5. similiter regnum promittitur, ut ibi a Christo. *Hermas* fere expressit lib. 2. mandato 8. *viduis* administrare, *orphanos* et pauperes (in graeco, ὀρφανούς ὑσεργεμένους) non despiciere, seruos dei ex necessitate redimere, hospitem esse. Cumque hoc praecipue pertinuerit ad *ministros* publicos, inde a primordiis christianae religionis: non dubito hoc praecipue referre ad illam ministrorum classem, quae diaconos, ὑπηρέτας, complectebatur; ut praecipuum documentum christianae religionis hoc Iacobus velit, quod scimus christianorum hanc curam vel *Iuliano* adhuc commendasse, quam antistitibus sacrorum ethnicorum exempli loco proposuit. Atque compescendae linguae illud mandatum similiter aptius cadit in varios ministros, quales Paulus tum alibi describit, tum 2 Timoth. 3, 5. seqq. ubi μορφωσις εὐσεβείας rem eandem describit, quae hic dicitur ματαίᾳ θεησικείᾳ. Sicut igitur Iacobus cap. 2, 1. 2. seqq. non loquitur cum christianis e populo, sed cum diaconis, aut ministris, qui ipsum locum aliis distribuebant: ita etiam hanc partem praecipue intelligo, de sedulitate externa plurium ministro-

rum,

rum, qui suis nouis inuentis et studiis apud alios opinionem peculiaris suae ευσεβειας adiuuare solebant.

ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν. Non omnino abnuo, respici ad afflictiones propter Christum, quod coniecit Illustris *Michaelis*; nec tamen tantum ad christianae societatis membra traherem. Scimus enim istam caritatem nouam ad omnes miseros, etiam nondum christianos, prima secula transtulisse. Vt Paulus excitato loco, 2 Tim. 3. eos tangit, qui γυναικαρεία, lucri sui causa, praecipuo studio colerent: ita et Iacobus praecipit, multo magis viduarum et orphanorum miseriam studiosissime leuandam esse; hac ratione certe sanctior indoles christianae religionis luculentissime commendabatur. Nec est dubium, talibus studiis multos in christianam societatem tandem adscitos fuisse. Similia admonentur Sirac. 4, 10. ἐπισκεπτεσθαι, auxilii ferendi causa, vt saepe, Sirac. 7, 35. Pulcherrime et magnifice talia describuntur, Iobi 31, 16. seqq.

ἀσπίλον — ἀπο τοῦ κόσμου. Occupat christianam significationem nominis κόσμος; nam iudaica significatio describit hoc nomine omnes, qui non sunt Iudaei. Sic Paulus queritur ministrum antea, Demam amore mundi deseruisse christianam mentem; et Timotheum his ipsis verbis hortatur, 1 Epist. 6, 14. ἀσπίλον τηρεσθαι (τὴν ἐντολὴν, Pauli puram doctrinam.) Eadem praecipit Iohannes, 1 Epistola 2, 15. sequentibus, a christianis porro non amandum esse κόσμον et τὰ ἐν τῷ κόσμῳ, scil. mundus significatione morali, vt inest indignorum hominum peruersitas; sic v. 16. recenset πᾶν ἐν τῷ κόσμῳ, cupiditates istas immoderatas voluptatum. Ceterum confero
hic

hic *Hermæ* istam partem lib. 2. mandato 8. postquam clare admonuerat, de viduarum et orphanorum cura, subiungit *catalogum* beneficiorum a christiano praeftandorum, et tandem addit, si quis *μη ἐγκρατευσῆται ἀπ' αὐτῶν, deo vivet*; puto sic circumscribi *θηρησίαν*, et illud, *ἀσπίλον τηρεῖν*.

CAP. II.

Sectio III. v. I - II.

v. I. Itaque, fratres mei, non possum, quin vos admoneam, ut ne porro locum esse finatis ei vituperio, quod aliquibus inter vos tribuitur. Audiui certe eius generis narrationes de quibusdam ministris ecclesiasticis, quae hoc secum ferunt, quosdam externi status, quo homines in politia humana distinguuntur, discrimen etiam in Christianorum societate ambitiosius reuereri; hoc vero ferre et pati non possum. Christianae enim religionis illa paritas non patitur praeferrī hos, qui sunt in honore externo; nolite igitur violare hanc religionem, quae eandem veram gloriam domini nostri Iesu Christi et pauperi commendat et diuiti; vterque eundem dominum, diuina iam gloria publice auctum, pariter inuocat.

v. I. *ἐν προσωπολ. ἔχετε*. Syrus, ne fitis tenentes in acceptione vultus etc. ut *vix* dubitem, idem valere, ac *κατεχετε*, quasi hac ratione non obscure circumscribant et impediānt religionis pro-

E

paga-

pagationem. Nempe idem est, ac, ne sitis *προσωποληπτῶν* in commendanda et adiuuanda religione; ne praeferatis alium aliis ob statum externum. Contrarium ipsum exstat 1 Timoth. 3, 8. 9. diaconi habeant *την πεισιν* — *ἐν κατὰ εὐσυνειδήσει*. Hoc ipsum adiuuat nostram coniecturam, agi de vitio *ministorum*. Confero ex Testam. Iosephi num. XI. *Φοβὸν θεοῦ ἔχετε ἐν πράξει*.

την πεισιν. Recte iam *Iustinianus* expressit, *religio christiana*; nolite in relig. christiana personarum acceptionem admittere, vel solius personae respectu ab officio et aequitate recedere. Res autem ipsa secum fert, vt intelligamus praecipue tales actiones et significationes voluntatis prolixae, quibus vni plus studij aut favoris exhibetur, quam alteri. Talis autem sedulitas officiosa et studiosa in alium prae alio, non potest in alios cadere, quam in ministros religionis ipsos, quod etiam patet ex ipso exemplo, assignandorum subfelliiorum praestantiorum; itaque perspicimus, inde ab initio, etiam in ista dioecesi, quae complectebatur Christianos ex Iudaeis, locum habuisse hominum improbiorum similia studia, ac Paulus hic ibi reprehendit. Istud vitium non miramur transiisse in tempora, quae secuta sunt; itaque antiquissimi et probissimi scriptores frequentissime queruntur, de prauis electionibus eorum, qui in ordinem sacrum assumebantur. Nostrae autem aetatis vlcera hic non tangemus. *Hieronymi* verba tantum repetimus (commentar. in Tit. 1.) At nunc cernimus, plurimos hanc rem *beneficium* facere; vt non quaerant eos, qui possint plus ecclesiae, (reipublicae etc.) prodesse, sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis delinij. Hoc tandem est *ἐν προσωποληψίαις ἔχειν* siue *την πεισιν* siue *την πολιν*. Per simili scelere fit in civili republica, si in tradendis

dis honoribus pateat locus προσωποληψιας, nec optimis et dignissimis tribuantur. Talia multa hic congeffit *Iustinianus*, etiam aduersus multitudinem iacerdotiorum, quae cognationis, affinitatis aut alio respectu distribuuntur.

της δοξης, repetendum, την πισιν τε κυριαν; haec est facillima constructio; sic Christus 1 Cor. 2, 8. nominatur. Atque inest reprehensionis iustus aculeus; gloria vera Christi illis profecto ignota est, qui ciuilibus honoris humanum discrimen adeo reuerentur et amant, vt ingenuum Christi amatorem ideo vel publice contumelia afficiant, quia paupertatem publice praeferre solet.

v. 2. Eius generis exemplum est illud. Si quis ingrediatur in confessum vestrum, annulo insignis aureo et splendida veste conspicuus; sed et simul ingrediatur pauper, vili et sordido vestitu;

v. 2. συναγωγην υμων. Videtur omnino locus similiter describi, vt aliis in locis librorum N. T. Nec dubitandum videtur, hic ibi in vrbibus quibusdam Iudaeos fama illa de Christo non mediocriter commotos fuisse, atque saltim diuisis sententis fuisse. Huic rerum statui conuenit ista commemoratio dubitationis et fluctuationis, cap. 1. et reprehensio v. 19. seqq. ob leuitatem, et praecipitem indignationem in alios; ob negligentiam in praestandis christianis praeceptis, atque ob arrogantiam eximii studii *θησικειας*. Hic si status fuit hominum, mediorum quasi, inter Iudaeos et Christianos, facile credimus, ministros talium societatum sedulis studiis prosecuros fuisse omnes diuites et splendide vestitos, si venient

E 2

in

in confessum publicum. Iam cum his iisdem le-
storibus Iacobus proponat v. 21. Abrahamum,
communem parentem: vix dubitare licet, fuisse
hos omnes antea Iudaeos, atque conuenisse etiam
porro in eadem synagoga, postquam christianae
religionis aliquam partem praetulerant veteri Iu-
daismo. Illud certum est, nullibi in N. T. li-
bris nomen synagogae sic adhiberi, vt designet
Christianorum cultum seu ecclesiam.

Χρυσοδακτυλιος, facile diligentiores lectores
illis accedent interpretibus, qui vltro hoc conce-
dunt, licuisse etiam aliis, (1 Cor. 14, 25. ἀπι-
σοις) ingredi in conuentum publicum Christia-
norum. Describitur igitur hic diues aliquis, qui
et digitos annulis cinxerat, vt *Seneca* describit,
exornamus annulis digitos, et in omni articulo
gemma disponitur; et purpura aut simili splendi-
da veste oculos aliorum in se conuertit. Nec hic
opus est, multam copiam scriptorum afferri, qui
de iure annulorum aut de ingenti luxu, qui
sensim locum habuit, exponunt. Intelligimus
enim, vel ex opposito, pauper, quam rem Iaco-
bus hic agat. Auctor Constitut. Apostolic.
lib. 2, c. 58. ad hunc locum ita respicit, vt simul
explicet, siue ex coniectura sua, siue ex veteri
consuetudine interpretandi. Quod si, cum sede-
tur, (sedibus iam occupatis) vir quispiam super-
uenerit honestus et ἐνδοξος, (nempe annulis in-
signitus,) siue alterius, siue eiusdem regionis:
„Tu, *Episcopo*, dum de deo sermonem habes ad
„plebem, aut dum audis eum, qui psallit vel le-
„git, ne per *acceptionem personae* (debebat ergo
„addi, simul venisse pauperem, eumque sic ne-
„glectum esse,) relinquo verbi ministerium, vt
„illi locum inter primas sedes constituas; verum
„quietus mane, nec interrompe sermonem tuum,
„vel

„vel auditionem. Fratres vero (tui, scilicet „presbyteri,) eum per diaconos recipiant; at- „que, si locus desit, diaconus omnium iuniorem „prudenter, non autem prae fracte, loco mouens, „honoratum illum sedere faciat; cui, aequum „est, vt alter *fraternae caritatis* studiosus cedat „sponte. Quod si renuerit, vi motum *post omnes* „colloca, quo etiam ceteri discant honoratioribus „concedere. Cum autem pauper, vel ignobilis, „vel peregrinus, isque senex aut iuuenis interue- „nerit, sedibus occupatis, iis quoque diaconus ex „toto corde locum faciet; vt non gratificatio eius „homines spectet, sed deo acceptum fiat mini- „sterium eius. „ Hic illustris *Michaelis* ob istam partem, *fraternae caritatis* studiosus, id collegit, hunc diuitem *fratrem* fuisse; sed haec explicatio nobis non videtur certissima esse; pertinere enim haec possunt ad *istum*, qui surgere iubetur a diacono; debet *fraternae caritati* αὐτῷ εἶναι, vel non monitus, debet aliis Christianis, quos inter ipse est iunior. Ideo additur, si *renuerit*, etiam vi amouendum esse, et in postremum locum reponendum. Hic quidem nihil superest, quod suadeat, hunc diuitem fuisse iam *fratrem*; nam ab initio capitis iam *frater* aut *soror* adfuit; deinde presbyter et Episcopus. Iam sequitur, si superuenerit vir honestus et in seculo clarus; utique nullam συζωὴν afferens. Ceterum vel verbo attingere liceat, moris fuisse, vt sederent iuniores infra adultiores, καὶ ἡλικίας, ἐν τάξει, vt est in loco *Philonis* apud *Cotelerium*.

v. 3. atque iam in diuitem illum ministri ecclesiae oculos coniecerint, qui vestitum splendidum gerit; eique dixerint, sede, si placet, hic, in loco praestanti; pauperi vero illi quasi ma-

num iniēcerint; et dixerint, heus tu, consiste illic, aut sede hic, sub scabellum meum etc.

v. 3. καὶ ἐπιβλεψήτε — εἰπήτε, haec non pertinent ad populum, ad omnes Christianos; sed ad ministros sacros, ad diaconos, presbyteros; horum enim fuit videre, ut omnia εὐσχημονως et κατὰ τάξιν fierent. Reprehenditur illa nimia sedulitas, quae nimiam diligentiam prae se fert huic seruiendi, neglecto isto egeno.

καλως. *Ordinem* sedendi et standi sic diuidunt constituit apostol. II. c. 56. *Juniores* seorsum sedeat, si locus sit; alioquin stent recti; aetate vero prouectiores, sedeat ἐν τάξει. Sed τα πατὴρ διαέζωτα patres eorum aut matres secum habeant; porro adolescentulae sint seorsum, si locus fuerit; sin secus, statuatur pone mulieres — virgines, viduae, anus — Diaconus stet locis prouisurus, ut unusquisque ingredientium locum proprium occupet, nec in introitu confideant. De πρωτοκαθεδρίᾳ iam in Euangeliis admonetur. Hic si pauper fuisset iam ex numero Christianorum, haud dubie iam locus aliquis, τῶ ἰδιωτῶ, ei destinatus fuisset; unde nulla species contentus locum habuisset. Describitur igitur aliquis, qui christianis his institutis nondum adfuetus, duritiem huius discriminis eo certius sentire potuit.

v. 4. Hac ratione schismata inter Christianos excitastis, et facti estis iudices iniqui et improbi.

v. 4. καὶ ὁ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς. *Wettsteinus* explicat, sine interrogatione: et sine vlla dubitatione

tione apud animum vestrum statuistis, et iniquas istas cogitationes approbastis. Atque vix ipse absim ab ista explicatione, si seruetur *vulgata lectio*, (*καὶ* &) *disens*. Scimus autem iam vetustam hic fuisse codicum diuersitatem; abest enim hoc *καὶ* a codicibus aliquot, alexandr. et 3 aliis; a copta, vulgata et syra vtraque, et a quibusdam patribus graecis; admonet autem *Oecumenius*, cuius tempore vulgata lectio iam regnabat, *καὶ* redundare; vt scil. *αποδοσις* orationis sit eo facilius. Omittit etiam *Beza*, nonne, quod minime oportuit, hoc modo apud vos vnum alteri praeferendum iudicastis? Atque sic fere plures alii. Porro vetustior *latina* illud & nondum habuit, (abest etiam a 2 graecis codicibus) sicut nec *καὶ*, et explicat, *diuiscati estis inter vos*; non sine obscuritate. Sensus esset, hac ratione vestra ipsorum conscientia vos iudicat. Si vero maneat vulgata lectio, *καὶ* & -- possit etiam sine interrogatione intelligi: vos igitur ipsi non dubitastis, inter vos igitur nemo fuit, qui se obiceret talibus prauis studiis; nec fuistis ipsi iudices et arbitri, censores, si qui tam prauis cogitationibus concederent. Non debetis expectare meam sententiam etc. Sed et hic sensus superest, sine *καὶ* &, quem parum absim quin aliis expositionibus praeferam. Hac ratione inter vos schisma ortum est; et facti estis iudices duarum partium; alii aliis exprobrant praua consilia. Huic sermoni alii adiecerunt, *καὶ*, et hac ratione diuisci estis inter vos etc. vt esset interrogatio, *nonne* sic diuisci estis etc. alii &, inde tertia codicum series coniunxit vtramque additionem. *Erasmus* in paraphrasi: quaeso, an non statim animus vester reclamationem et condemnat tacite factum vestrum; nec sic male. Maneo tamen in sententia, vt significetur, *diuisiones* sic ortas esse, his in verbis.

bibus. Feliciter redeo in memoriam codicis *cantabrig.* Actor. 4, 32. καὶ ἐκ τῆς ΔΙΑΚΡΙΣΙΣ ἐν αὐτοῖς ἔδεσμαι, pro qua phrasi codex *Laudian.* exhibet, καὶ ἐκ τῆς χωρισμός τις. Ergo *Iacobus* dicit contrarium, διακριθῆτε ἐν ἑαυτοῖς, sic gignitur in vobis διακρίσεις et χωρισμός. Atque hic hebraicum רוּר, vnde רִי, vnice comparandum esse puto. Seniorum igitur seu presbyterorum schisma sic describitur. Sic *Hesychius*, διακριθῆ, ἐμεριώθῃ, ἐδίσαζεν. Ergo esset, ἐμεριώθῃτε, ἐδίσαζετε ἐν ἑαυτοῖς. Durauit autem ille status schismaticus aliquod per tempus, vt ille *Corinthiorum*, 1 Cor. 1. et 3. Atque sic haec omnis causa praecipue pertinet ad ministros sacros, huius diuisionis auctores.

v. 5. Audite fratres mei dilecti, et memoria repetite christianae religionis originem! Deum inuenietis longe aliter iudicare; nonne praetulit Deus pauperes in humano isto mundo, inopes et viles; sed qui fidei religionis christianae studio et vsu diuites essent; et certo participes istius felicitatis, quam regni caelestis nomine deus promissit iis, qui ipsum diligunt (contentis huius seculi studiis?)

v. 5. ἐξελεξάτο τὰς πτωχὰς τὰ κοσμίᾳ. Cauendus est *latinismus* theologicus, *elegit, electio*; qua ratione *Augustinus* suo modo theologiam latinam auxit nouis ideis et decretis, a quibus, presbyter adhuc, ipse abfuit; Episcopus autem, ea, quae antea bene et recte scripserat, (deus fidem elegit in praescientia; vt, quem sibi crediturum esse praesciuit, ipsum eligeret, cui spiritum sanctum daret etc.) retractauit studiosissime, et ideo

ideo pristinam docendi consuetudinem reliquit, ut fatetur, quia tum nondum studiosius quaesiveram *nec adhuc inueneram*, qualis sit electio gratiae etc. Nos igitur concedimus, licuisse cogitando et arbitrando *Augustinum* a se ipso discedere; licuisse etiam aliis, qui eum praeferre velint, doctorem, quod *Beza* et alii, ipse etiam *Augustinianus* Lutherus fecerunt. Sed illud non licebat, damnare omnes pios doctores, qui rem ipsam tenent, sed *latina* vocabula non faciunt fontem, e quo christiana doctrina vnice haurienda sit. Fatemur, vtilem et salubrem esse multis istam descriptionem; sed nec est vnica; nec alii deest idem salubre ingenium. Deo placent isti homines, (quos solent alii ob tenuem fortunae statum contemnere,) qui hanc doctrinam amplectentur. Aut intelligenda est propositio de isto ordine et instituto dei, quod pauperibus et exilibus praecipue destinauit inde a Christo ipso, huius doctrinae expositionem; ut Ephes. 1, 14. ἐξελεξατο de hoc eodem ordine religionis catholicae. Πτωχὸς τῆ κοσμῆς (1 Timoth. 6, 17. πλεσιος ἐν τῷ αἰῶνι) similiter dicitur ac 1 Cor. 1, 26. σοφοὶ κατὰ σὰρκα, ἰ. τῆ κοσμῆς. Is locus huc maxime pertinet ad descriptionem istius lauti et diuitis; seu δυνατῆς, ευγενῆς.

πλεσιος ἐν πίσει, multi suppleunt, εἰς τὸ εἶναι, γινεσθαι, sed eodem iure licet addere, ὄντας, ἐσομένους. Qui promissiones futurae felicitatis praeferunt studiis et curis diuitiarum. Pauperes sunt isto in statu externo; sed et diuites sunt animi nouis opibus et studiis; eorum iam est illud regnum caeleste, Matth. 5, 3. Vix licet dubitare, Iacobum hic in memoriam reuocare hoc Christi carmen; aut istud simile, Matth. 11, 5. Luc. 4, 18. pauperibus euangelium proponi; i. e.

E 5

pro

promitti illis felicitatem aliam, qua isti diuites plerumque omnes carent. Scimus et *Stoicorum* aliorumque philosophorum existare grandes sententias contra diuitias. *Socrates* apud *Laertium*: pauper cupiditatibus imperans, Deo est similis.

ἐπηγγελᾶτο. Refertur omnino ad carmina prophetarum, vt Ies. 61, 1. sed et haud dubie ad alias γραφὰς προφητικὰς, vt Rom. 16, 26. vt 1 Cor. 2, 9. Paulus desumpsit ex graeco apocrypho, vbi similiter legitur, τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν, sicut hic. Forte autem *Iacobus* respicit tantum ad illa Christi carmina Matth. 25, 34. κληρονομήσατε τὴν ἐτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν. Admonui iam ad cap. 1, 27. Iacobum repetere quasi Christi ista praecepta. *Promisit* Deus, scilicet per Christum.

v. 6. Ex vobis autem aliqui contrariam tulistis sententiam; publice quasi contumelia affectis illum pauperem! — Sed, o boni, nonne iidem diuites homines tyrannidem exercent in vos Christianos? nonne hi sunt, qui vos Christianos hic ibi reos agunt atque ad tribunalia pertrahunt?

v. 6. ἡμεῖς δε ἡτιμασάτε. *Soletis* autem, vt audio, ista ratione ignominia publica afficere pauperem; nempe, eo etiam minus pauperes euecturi erant ad ministeria. Mutatio orationis in numerum *pluralem* videtur adiuuare meam obseruationem; destinatam esse epistolam ministris praecipue et antistitibus societatum christianarum. Ceterum veri nominis *pauper* hic describitur; qui nullo suo vitio aut flagitio hoc in statu versatur; nam,

nam, qui turpi de causa ad egestatem reductus est, dedecore non caret. Neque vero approbamus istam superiorum temporum theologiam, quae iubebat paupertatem ultro appetere, ut eo facilius sit imitatio Christi; quam falsam pietatem studiosissime scimus adiutam fuisse per sedulos doctores, monachos praecipue; quorum licet prava auctoritas tamen vel nostro tempore alicubi adhuc sic valuit, ut omnium diuitiarum aut honorum commodo usu quidam ultro carere vellent, ut eo facilius placerent seruatori.

ἐχ' οἱ πλεῖστοι — vel ista exprobratio v. 6, 7. videtur satis declarare, istum diuitem, aut istos, qui v. 2. 3. describuntur, nondum fuisse ipsos ex numero Christianorum; sed Iudaeos forte peregrinos, qui pristino more synagogam urbis adibant, quae interea a Iudaizantibus Christianis tenebatur. Poterat etiam alia ratione contingere, ut Iudaei nondum christiani a cognatis et amicis adducerentur; quibus iam nimium honorem habebant ministri quidam, ut eo facilius eos in societatem nouam pertraherent, ista spe honorificae provinciae. καταδυναστευεῖσι, ex Actibus Apostol. satis patet, aliisque ex locis, 1 Thessal. 2, 14. ὑπο τῶν ἰδίων συμφυλετών etc. Non solum foenoris malignitate, sed et per civilem potentiam, cuius pars concessa, vel romanorum magistratuum fauore, facile statores et ministros christianarum ciuitatum in carcerem coniciebat, aut in exilium.

ἐλκεσιν εἰς κριτήρια, nouarum scil. rerum, religionis, seditionis causa, ut multa exempla in historia Apostolorum et Pauli ostendunt. *Trabere* in iudicium, proprium verbum. Nec praecipue foenoris causam admitterem, quia minus

est.

certam est, christianos minoris loci, aes alienum a diuitibus contrahere potuisse. *κρητηριον*, hic, vt in codice *Laudiano*, Actor. 3, 13. Iesum tradidistis *εις κρητηριον*, pro quo cantabrig. *εις κρητιν*. Aliquid eius rei etiam 1 Cor. 6, 4-6. significatur; *κρητηρια* adire soletis ipsi, *volentes*; hic autem de *inuitis* agitur.

v. 7. Nonne iidem praeclarum illud et honestissimum nomen, quo a Iudaeis et gentibus distincti estis, execrari solent et conuiciis lacerare? (quasi sint Christiani apostatae a lege;)

v. 7. *το καλον ονομα* — est descriptio nominis *Christiani*; quo *Petrus* ipse utitur, 1 Petri 4, 16. postquam similiter descripserat v. 14. Nempe *Messiani*, sectatores Christi, ab aliis Iudaeis maledictis impetebantur. Nomen Christi vocatur super hos, i. hi sunt Christiani. Scimus autem ex Actibus Apostol. et Epistolis, Iudaeos praecipue odio persecutos fuisse hos quasi apostatas auitae religionis. Itaque non opus est, copiosius refellere eos, qui his sententiis ipsos Christianos peristituunt. Alio sensu Rom. 1, 24. dicit Paulus de Iudaeis, *nomen Dei* blasphematur inter gentes per Iudaeos; i. Iudaei istis suis moribus faciunt, vt Deus et religio iudaica ignominia afficiatur, irrideatur a gentibus; a quo crimine decet Christianos alienos esse, ne prauis studiis et moribus religionem, quam dicuntur amare, apud alios in contemptum et ignominiam adducant; qui e. c. iam, non sine specie, iactare possint, quis bonus et honestus operae pretium statuatur, tali religioni, quae tales ostentat amatores, qui tam absunt, vt sint nobis luculenter meliores, vt nos facile eos virtutis salubri et frugifero studio superemus. la-
co-

cobus igitur aut improbat tales profelytos, quorum ingenium his institutis sedulis et turpibus minime corrigi possit; aut docet, inanem et falsam esse illam spem, fore, ut his studiis deliniti accedant ad christianismum; eos potius ipsos eo difficiliore et duriores futuros, postquam ista vituperia inter Christianos locum habere quasi ipsi compererint.

v. 8. Nec fallere vos debet ista illorum iactantia, qui hoc in Christianos odio, legi mosaicae putant se iustum obsequium et honorem praestare. Vos sane, si ex omni isto corpore legum mosaicarum praestantissimam istam legem (quam isti omnes violant) diligentius observatis, diligitis omnem, qui tibi est proximus, sicut te ipsum; bene et laudabiliter facitis; (ut decet Christianos.)

v. 8. *ΕΙ ΜΕΝ ΤΟΙ ΝΟΜΟΥ* — Connexionis ratio non est manifestissima; nec interpretes ei declarandae praecipuam operam dederunt. Videtur autem vel ista descriptio, *νομος βασιλικος*, hoc secum ferre, quod isti Iudaei, christianis ubique tam infensi, praecipue zelum legis mosaicae prae se ferrent; et neglectum mosaicae religionis aliis exprobrarent, qui tam facile cum Christianis ex gentibus consuetudinem inirent. Iis igitur *Iacobus* similiter summam et arcem uniuersae legis opponit, sicut Christus, Matth. 22, 34. seqq. et sicut Paulus iam in simili disputatione, de lege Moysis, opposuerat Galat. 5, 14. et Rom. 13, 9. Hoc est *πνευμα* legis; isti igitur Iudaei, qui sunt tam infensi aliorum hostes, ipsi, huius odii in alios continuatione summam et maximam legem

vio-

violant. Vos autem, qui nimio in istos diuites Iudaeos studio, putatis illorum in Christianos odia minuere et declinare, minime hoc consequimini; certissime autem violatis ipsi hanc legem.

κατα την γραφην, nempe iis notissima esse debebat haec sententia, qui a Iudaeis in hanc societatem nouam coierant; iam cum ne vestigium quidem eius rei hic adsit, Iacobum respexisse ad repetitionem, quam Christus praeiuit: non video, quo iure illustris *Michaelis* legem regis nostri I. Christi, explicet. Haec enim formula, sicut scriptum est, Iudaeis nota erat; si igitur βασιλικον νομον dixit, fecit illud ob legis ipsam praestantiam, atque prouerbiū quasi more, vt iam *Beza* et *Bensonius* praetulit. βασιλικον, bene facientem male audire etc. Haec autem praeceptio est pars legis *moralis*, quae est maior, quam ceremoniales et politicae. Ista igitur aliae phrasēs graecorum scriptorum, quae νομον βασιλικον non vno omīne dicunt, huc non pertinent. Exstant haec graeca verba *Leuit. 19, 18*. Iam accedit christiana interpretatio τῶ πλῃσιου, quae Iudaismum exilem euertit, qui tantum ad Iudaeos retulit. Est autem vel naturalis legis haec vox, quia omnes homines pariter sunt generis humani, vt magni corporis membra. Ceterum vix opus est, admonere, ἀγαπᾶν inuoluere omnia studia et documenta, quibus locus est, ad iuuandos alios.

καλως ποιεῖτε, scil. ex ipsa legis mosaicae auctoritate; conscientia vobis addicit; itaque et nemo iure et merito posset vobis contradicere.

v. 9. Si vero hominum statum externum sic distinguitis, vt diuites publice praeferatis pauperi-

peribus, peccatum vltro committitis, atque haec ipsa lex vos iam redarguit, vt violatores legis.

v. 9. εἰ δε προσωποληπτειτε. Respicit haud dubie istam eandem partem, Leuit. 19, 15. e qua antea istud carmen repetierat. Itaque non opus est ex aliis locis similes sententias congerere. Cum vero istae leges ibi praecipue pertineant ad iudices, ad antistites, qui sententiam ferre poterant, vnde status externus sodalium penderet: veto est simile, etiam his sententiis Iacobum praecipue petere diaconos, presbyteros, et antistites nouarum societatum. Nec enim priuati homines praecipue eo in loco erant, vt factis et institutis suis commonstrare possent, se studio partium duci; quia ipsorum non erat, inter partes iudicium sic exercere, vt alteri plus concederetur, quam par esset.

ἀμαρτιαν ἐργαζεσθε; i. ἀνόμως agitis, ἀνόμοι ἱπfi estis; contra istam legis mosaicae sententiam impingitis; scilicet, *teste vestra conscientia*. Hoc iudicium seuerum de propriis rebus et actionibus, praecipue est Christianorum. Agnoscere et iudicare hoc esse ἀμαρτιαν, est ex vi legis *moralis*; cui Iacobus primum et summum locum tribuit, βασιλινον nominans. Negare iam, admoniti, non potestis, vos in praecipuam et summam legem impingere. Ceterum discrimen illud, quod graeci philosophi obseruant, inter ἀμαρτανεν, et ἀδικεν, vt hoc sit volentis et ex proposito, illud ex humana imbecillitate, ex praecipiti affectuum impetu etc. aut huc non pertinet; aut si maxime admittatur, nihil nautat in consilio Iacobi. Debent enim Christiani multo perfectioris virtutis ordinem et indolem sequi, quam Phari-

saei

saeci et alii homines, qui neminem sic offendunt et laedunt, ut legis ciuilibus auctoritas possit interuenire. Minime autem huc pertinent *Scholarum* subtilitates, quod recte iam, ut solet saepius, admonet *Iustinianus*. *Peccatum operari* dicuntur homines, stilo scripturae, quae simpliciter loquitur, et ad argutiolas otiosorum hominum non respexit. Nec moueri nos decet, si vel *Augustinus* temporis sui consuetudini hoc dedat, ut sedulitatem istam imitaretur; peccatum — est *nihil*; quod vel ausus est afferre ad Ioh. 1, 3. sine ipso factum est *nihil*; (hic solebant quaedam recensiones interpungere) i. e. *peccatum*. Grauior omnino est doctrina christiana, quam ut tam ieiuno docendi modo utatur.

ὑπο τῆς νομῆς, eadem lex Mosis, quo isti abutuntur, qui his artificiis se putant christianam religionem apud Iudaeos adiungere, vos redarguit; ut ostendi.

v. 10. Quicumque enim totam cetera legem Mosis obseruauerit, (liceat, hoc occupare,) impegerit autem in hanc vnā et primam; factus est coram Deo reus omnium. Haec autem est summa lex, dilige Deum et Dei causa proximum.

v. 10. ὅστις γὰρ ὅλον τὸν νόμον τηρήσῃ etc. Non desunt omnino tales formulae apud thalmudicos scriptores et Rabbinos, ut vel ex *Wetstenii* corpore apparet; (qui reus est vnus, reus est omnium; si faciat omnia, vnum vero omittat, omnium reus est) sed nec haec auctoritas Rabbiorum efficit, ut haec sententia eo iam sit faciliior et clarior, quod attinet ad eius explicationem.

Nisi

Nisi quidem id velit quis concedere, *Iacobum* agere ex concessis, ex more iudaico, cum istis, qui iudaicum ingenium adhuc obtinerent; quasi diceret, atqui vos non ignoratis, frequentari iam inter istos Iudaeos, quibus nimium studetis, talem formulam; quod ipsum ne nobis quidem satis probatur. Nec repetemus longo ordine aliorum interpretum diuersa studia; fatebatur iam *Augustinus*, in hoc loco multorum ingenia fatigari. Viderint alii, sitne satis aptum, si hoc, *πταιση δ' ἐν ἐνι*, hebraico more intelligatur, pro *πρωτω*, qui ceteram quidem legem omnem praestiterit, vt nec furetur, nec occidat, nec moechetur etc. impingat autem in praeceptum *primum*, is sane reus est omnium. *Primum* autem praeceptum, aut dicitur ipso ordine decalogi, quo iubentur Israelitae Deum colere; is autem et ceteras leges tulit; aut nouo iure christiano, vt Christus Matth. 22, 37. 18. dixit hoc *πρωτην και μεγαλην εντολην*. Si vero hebraismus in vocabulo *ἐνι* non placeat, licet sit satis notus, et *μια σαββατων* saepius dicatur pro *πρωτη*: licet sic explicare. *πταιση δε ἐν ἐνι*, sciens autem et volens vnum praeceptum *semper* negligat et violet: is sane omnes alias leges etiam violasse putandus est. Rationem huius tam feruerae sententiae sequentia produnt, v. 11. Nempe auctoritatem eiusdem Dei non reueretur, qui tot alias leges ibi perscribi iussit; has si vel plurimas factis externis non violat, atque pro hominum arbitrio et iudicio, leges illas praestare dicatur: tamen ratione animi, qui caret vero sensu et motu morali, simul alienus est a iusto et casto proposito, quo opus est ad christianam religionem ingenuam. Multo autem sanctius et studiosius debent Christiani metiri religionis nouae modum v. 12. Hac ratione non obscurus est:

F

transi-

transitus ad illam religionis christianae descriptionem, quae sequitur v. 14. Rebus et factis christianis operam dare debebatis, et sic approbare christianum animum; non sufficit ista externa sedulitas religiosa, ad commendandum christianismum. *πταιση*, non de vnico quodam facto intelligendum est, quod imbecillitati humanae tribui possit; sed de continua consuetudine, a qua consilium et propositum non potest seiungi. Sic fere hebraice verba et futura explicanda sunt; loco continuatae consuetudinis. Si igitur antistites quidam hunc quasi morem et consuetudinem sanxissent, semper praecipuo studio diuites Iudaeos excipiendos esse: tum valet omnino illa sententia, *παντων* sic fiunt *ενοχοι*, scilicet ratione tot pauperum, quos quasi caede et furto petunt, falsisque testimoniis opprimunt. Nec enim de legibus caerimonialibus hic agitur; sed de *moralibus*. Qui sciens et volens vnum praeceptum hic violat, is profecto in omnes istas leges morales impingit. Eodem omine dixit *Iohannes I* Epistola c. 3, 15. qui *odio habet fratrem*, est *ἀνδραποκτονος*, et Christus cupiditatem adulterii, ipso criminis nomine afficit.

v. II. Nam qui e. c. mandauit, ne moecheris, is mandauit etiam, ne occidas. Quod si abstinueris quidem ab adulterio, sed occideris; (aut, si non occidas etc. careas tamen amore in socium) violasti (totam) legem; (quia violasti legem primam, e qua omnes leges pendunt.)

v. II. ὁ γὰρ εἰπὼν — εἰπέ καὶ — supplendum est, etc. etc. vt ordine quasi ista praecepta hic repetantur — idem etiam dixit, amore omni profecto.

sequendum esse τον πλησιον σα. Si vel maxime abstinere ab adulterio, homicidio, furto, laedas autem hoc praeceptum, de amando socio, quod est positivum, atque ista negatiua omnia complectitur: tum violasti ista omnia praecepta; nempe πνευματικως iudicando, et δια νομῶ ἐλευθερίας.

Sectio III. v. 12-26.

v. 12. Vos igitur oportet longe castiorem loquendi, docendi et agendi formulam inter vos frequentare; hanc scilicet, quae vobis hoc ob oculos ponit, Deum olim de Christianis ralem sententiam laturum, quae conueniet cum illa longe perfectiori lege et cognitione, quam per Christi doctrinam illis impertuit.

v. 12. εἰπω λαλεῖτε. Hoc loqui non possum aliter intelligere, quam de hominibus, quorum est quaedam auctoritas publica, seu de ministris; quos hoc ipso hortatur, vt docendo et agendo referant Christianos seu perfectiores doctores; vt desinant male et imperite iudicare, de indole et praestantia sociorum. Ipsa enim ratio, quae affertur, ὡς δια νομῶ ἐλευθερίας — sectum fert, vt praecipue doctores gnari sint huius noui ordinis, quem sic describit. Est autem νομος ἐλευθερίας, christiana religio, quae multum superat decreta iudaica, ipsa εὐγένεια et ἐλευθερία τροπῶν, ἐλευθεροπρεπεια, ἐλευθεροτροπεια, quae in Clementinis occurrunt ad commendandum Clementem. Sic lex naturalis, νομος, ἀπλῆς, καθαρὸς, ἀκατανύκτατος, (decreta libertatis, Irenaeo) in Clementinis diligenter distinguitur, a le-

ge ista Israelitica; vt Iustinus τα Φυσει καλα, ευσεβη, δικαιο, αιωνεια, τα καθολα distinxit a cunctis tantum iudaicis. (Vid. Cotelarius ad *Constitut.* apostol. lib. 1. c. 6.) Commendat igitur Iacobus ελευθεριαν vt Paulus το πνευμα. Illud λαλειν explico ex 1 Cor. 3, 4. όταν λεγη τις, de vana iactantia quorundam ministrorum, qui schismata alebant, et e. c. de fide sic loquebantur, vt alios offenderent; sed istud erat praecipue doctorum. Itaque hic non obscure incipit nouum hoc argumentum, *de fide, christiana religione*, lege longe liberaliori, quae praeclaris rebus et virtutum studio vnice spectatur. Multo igitur magis salubrem et frugiferum oportet esse sermonem, qui describat et commendat christianam religionem, quam vt operam studiosius det Iudaeis, et seiungat quasi istos ex gentibus; qui alieni quidem sunt a lege mosaica, sed sunt πλαστοι εν πισει, religionis christianae luculenti amatores, cultoresque continui virtutis in commune consulturae. Illud ποιειτε, illustrandum ex 1 Ioh. 3, 18. Nec recitabo hic interpretum, etiam recentiorum, varia studia, aut ea refutatum ibo; certus enim sum, hac me ratione ad sensum historicum aliquid lucis attulisse; quo fere adhuc carebamus.

ως δια νομης — κρινεσθαι. Nempe ex regula Christi, cui plus datum fuit, ab eo plus posceretur. Ex προαιρεσει ελευθερα iam omnia καλα και αγαθα εργα continuo studio se produnt, tanta est vis πνευματος, atque luculenter opponitur δελεια mosaicae, contra quam saepe Paulus disputauit. Est sane eadem libertas, quam Paulus toties commendat, et nomine πνευμα opponit τη σαρκι, multo plura nempe Christiani didicerunt ex doctrina Christi, ergo et longe

ge seuerius subibunt iudicium. Plane vt Hebr 2, 3. τηλικαυτης σωτηριας αμελυντες. Igitur κρεισθαι seruat significationem; nec vlla ratio subest, quae iubeat explicare contrariam in partem, *absoluentis euangelii et liberantis sententiam sperantes*, quod tamen placuit Illustri Michaelis. Nec vetus latina, *sperantes* valet idem ac *speralentes* laetam; sed est translatio verbi μελλοντες, vt incipientes similiter solet loco graeci verbi frequentari a scriptoribus seculi 2. 3. ecclesiasticis. Ipsum propositum Iacobi hoc secum fert, vt hi Christiani considerent, nouam religionem multo maiorem et digniorem formulam δικαιουσινης commendare, quam illa fuit Phariseorum et Iudaeorum, qui similiter gloriabantur lege, sed animi perfectionem nullam comparabant. Hi igitur non poterant admoneri, de Euangelio absolvente et liberante; sed de nouo liberali seruitio; quod alii aliis vltro praestant, ipso animi impulsu nouo, Galat. 5, 13.

v. 13. Nec enim iudaica ista studia, quae imperfectiori religioni conueniunt, tum locum habebunt; sine misericordia ille damnabitur, qui ipse aliis misericordiam non praestiterit; (licet vel religionis zelum suo inani studio prae se ferat, quo nemo alius iuuabatur;) misericordiae vero exercitium tam non reformidabit Dei iudicium, vt fere gloriari homo possit, sententiam secundum ipsum non ferri non posse.

v. 13. κρεισις ανιδεως etc. Haud dubie *Iacobus* respicit ad Matth. 18, 28-35. 25, 41-46. atque ad istum alium sermonem, quo rescinduntur isti, qui iactare poterant, tuo nomine vsi sumus ad pro-

phetandum etc. Obstat simul haec sententia vanis opinionibus Iudaizantium, de felicitate externa, quae christianis vel nominis ipsius iure sic instet, ut non opus sit mutuis officiis,

κατακαυχῶνται, quasi, aut aliquid eius generis ad molliendum verbum addendum est, ut referat hebraice. לֵלֵךְ, לֵיךְ. Confero Tobiae 4, 9. 10. 11. Res sane conuenit. *Fiduciae* materiam dixit Chrysostomus aliquoties eleemosynam. Ipsa oppositio membrorum illustrat sensum; ut iam *contrarium* dicatur; atque illud καὶ recte per *autem* explicari potest. Ποιεῖν εὐεσος in homines, idem est ac καλὰ ἔργα Matth. 5, 16. etiam in inimicos; et εἶναι τελευτον, beneficium esse in alios, qui non de nobis merebantur, Matth. 6, 48. Mirum sane est negotium aut foedum potius, cum christianae religionis praecipua vis opposita sit exili Iudaismo, et *μυσελογίαις* quasi sacris, tamen Christianos tam cito descivisse ipsos a christianae religionis indole, et contrariam fere doctrinae Christi atque Apostolorum sententiam praetulisse, qua *phrasum* et *verborum* religionem sanxerunt, neglecta interna animorum virtute, quae beneficam indolem omnibus hominibus omni modo approbat. Rebus pulcherrimis, et utilissimis humano generi, studere debent Christiani, et religionis suae documenta praeclaris atque incomparabilibus factis prodere; ideo didicerunt perfectiorem doctrinam, ut a sedulitate iudaica sanctorum vanorum alieni essent; tamen eo lapsi sunt, ut religionis praestantiam formulis statis, et descriptionibus, quae auribus et oculis subsint, metirentur; a quibus qui loquendo et intelligendo absint, pro non Christianis, pro haereticis habendi statim sint, et quasi zelotarum iudaicorum socii instent, mulcandi, morte afficiendi. Hi
igi-

igitur fructus religionis inter seriores Christianos, sunt tales fructus, ob quorum praestantiam alii homines, Deum ipsi honore afficiant, et eandem religionem amplectantur? Adeo iura societatis externae, quae consiliis externis reguntur, tam imperite mutari potuisse, ut *Christianis* nihil ipsis liceat! semper discunt? nihil proficiunt! alii aliis imperitant, quomodo loquantur, vitae ipsius omnes negligentes?

v. 14. (Venio iam ad propiorem declarationem eius loci, quem intelligo a multis mirum in modum inter vos perverti. Hi non ignorant christianae religionis longe perfectiorem esse formulam; doctrinae christianae discrimen a lege Mosaica facillime amplexi sunt; expectatione et spe felicitatis externae lactantur, quae sic ventura sit, ut nemo Christianus alterum officiis porro adiuuare debeat.) Quae igitur, fratres mei, utilitas ad hominem redibit, si publice priuatimque profiteatur, se Christianum esse, et doctrinam christianam praeferre Iudaismo; opera vero nulla efficiat, Christiano digna? Num haec doctrinae christianae affirmatio poterit salutem hominis, statumque verae felicitatis secum ferre?

v. 14. *τι το ὄφελος.* Haec tractatio studiosissima et grauiissima, acciperet haud dubie multum lucis verae et propriae, si superessent nobis adiumenta historica ex seculo primo; eius generis autem nihil fere potest a nobis hanc in rem colligi, praeter illa, quae ex *Hermæ* istis libris et quibusdam aliis repetuntur. Fuerint igitur multi, quod fa-

cile credimus, qui gloriarentur isto nomine *πισ-
σεως*, ego certissime credo, et statuo, — — —
scilicet, hoc illud euenturum; antichristum vi-
dum iri, Christum rediturum propediem; ma-
gistratum istum morte praecipiti periturum, et
similia. Ista igitur animi *διαθεσις*, persuasio,
quae magna fiducia non caret, quid tandem emo-
lumentum affert, siue huic homini, ad maiorem
animi virtutem, siue aliis, ad humanae vitae fa-
ciliorem sustentationem! Rem eandem agit *Iaco-
bu* ac *Paulus*, 1 Cor. 13, 1. seqq. ubi *το λαλῆναι*
et *την πίσιν* de rebus externis conuertendis,
omni modo extenuat, et *ἀγαπῆν* vnice com-
mendat.

πισιν λέγει τις ἔχειν. Vix licet dubitare, *Ia-
cobum* describere nomine *πισσεως*, religionem chri-
stianam; theoriam aliquam christianae doctrinae,
qua differt a iudaismo et gentilismo. Idem ergo
est, ac si dicat hic, ego sum christianus. Vix
licet dubitare, multos isto tempore Pauli doctri-
nam, quae *ista opera* mosaica, caerimoniasque
genti proprias, seiunxerat a *fide*, a noua religio-
ne, malam in partem torsisse, et ipso hoc nomi-
ne *Christianorum* superbiisse, alienos a christiana-
rum virtutum perpetuo studio. Sic iam multi
veterum statuerunt, licet *historiae* similiter nulla
adiumenta superessent; e. c. *Augustinus* lib. 4. de
fide et oper. c. 14. 15. — — quoniam haec opi-
nio (non solum opera legis, sed et opera iusti-
tiae excludi) tunc fuerat exorta, aliae apostolicae
epistolae, Petri, Iohannis, Iacobi, Iudae, con-
tra eam maxime dirigunt intentionem etc. Haec
sententia iam est satis verosimilis, postquam illa
diuisio Christianorum, quae priorum seculorum
spatio utique locum habuit, iam cessauit. Eo
magis mirum est, seculo tamen 16. adhuc fuisse
eru-

eruditos, quos inter *Caietanus* et *Lutherus* eminent, qui perspicere non potuerint veram Pauli et Iacobi conciliationem; adeo fefellit eos adhuc significatio nominum *πισις* et *εργα*, quam non distinxerunt. *Beza* hic satis verbosè de ea causa egit; viditque ipse, *πισις* hic esse *noticiam* doctrinae euangelicae; haesit tamen, ut alii, eodem in loco, ut *εργα* nollet distingui; et *Sophists* tribuit illam distinctionem operum *moralium* et *caerimonialium*, quasi haec duntaxat excludantur apud Paulum. Sed illud iam non agimus, ut varias expositiones colligamus; *Bezæ* autem ideo mentionem facinus, ut indicemus, *depravatam* et *maneam* hic esse editionem novi testamenti anni 1598, siquidem omnia versus 14 desunt, praeter initium, *τι το όφελος, αδ. με, εαν πισιν*. Cetera omnia desunt, vitio Typothetae, quia *Beza* iam plura inseruerat notis, quam in editione 1589. Hoc vitium nec *Weststenius* notavit. Quod ad rem attinet, consentiunt omnes interpretes, *πισιν* hic nominari, per concessionem; seu aliquem e christiana societate hic loqui, et iactare fallam fidei professionem; seu superbire christianae religionis nomine; sum christianus; eis *σωτηρια* promissa est; mihi ergo *ηρισις* eius generis non instat. Iacobus negat, *την πισιν, ταυτην*, eum posse *σωσαι*, quia ipsi desunt illa *εργα*, quae per *νομον ελευθεριας* multo maiora, nobiliora et plura Christiano incumbunt, quam quae a lege mosaica praecipiebantur. Et si igitur Paulus saepe confirmavit, *χωρις εργων νομω* contingere homini *δικαιοσυνην, δια πισεως* etc. tamen numquam docuit, hanc *πισιν*, a qua abest studium praestandae legis mosaicae, carere etiam studio liberali, interno, omnium virtutum. Sed hoc isti praecipites et leues homines ipsi statuebant; ad *σωτηριαν*,
F 5 quae

quae Christianis promittitur, opus esse *πιστει*, abiciendum esse Iudaismum et Gentilismum; se autem per baptismum suscepisse christianam religionem, (*πιστιν*, ut saepe Paulus utitur, pro Evangelio, seu doctrina christiana; Galat. 3, 25. etc.) ergo ipsis conuenire *σωτηριαν*, licet vltro absint a studio virtutum omnium, et praecipue ab officiis in pauperes Christianos; quibus vix mediocrem locum putabant tributum iri in regno Christi. Illud *λαλη* haud dubie de iactantia intelligendum.

εργα δε μη εχη, seu non ita *ποιειν* studet, *ως μελλων κρινεσθαι δια νομης ελευθεριας*. Amicissime igitur contentit doctrina Iacobi cum Paulina; qui idem hoc semper tenet, religionem christianam minime continuare legem moisaicam; nec his nouis mentibus, *πνευματικοις* opus esse lege Moysi, quia fructus spiritus, quos ferunt, longo interuallo superant studia illa minora *των σαρκικων*, Iudaeorum. Imperat igitur Paulus non minus studium *καλων εργων*, ac Iacobus; vidit hoc iam *Oecumenius*; vt non colligamus longo ordine consentientes alios doctores. Nec putamus in re tam clara opus esse verbosiori confirmatione. Inde ab initio christianismi, inde a Iohanne, opus erat, *ποιειν καρπας αξιους της μετανοιας*. Quod autem attinet ad disputationes theologicas, contra Romanos, et horum contra *Lutherum* et *Caluinum*; fuit sane illis aliquis isto tempore locus, nec enim defuit vtriusque opportunitas contradicendi; sed ad christianismi ipsam indolem non propius pertinent; pars vtraque suo iure tenet diuersam de re eadem sententiam; nec opus est omnes Christianos tenere eandem descriptionem et formulam; opus est autem, vt omnes consentiant *in re*; christi-
nae

nae doctrinae professionem externam, quae tantum externum discrimen efficit, sine studiis novis et exercitiis internis virtutum, hominis *statum internum* non reddere meliorem et perfectiorem. Ceterae disputationes, de vario usu nominis *iustificationis*; *sola fide*; necessitate bonorum operum tali vel non tali, de merito *congrui* etc. sunt temporum hominumque, *non rerum* in christiano diversitates. Sic saltem nos statuiamus; liberum igitur manere debet, ut sequantur doctores eum docendi modum, qui societatum novas perturbationes vitat; prius illud ius saluum est cunctis, qui ipsi arbitrari et iudicare possunt; eo suam in rem utuntur; sine novarum rerum studiis inanibus, a quibus optimi et integerrimi quique doctores semper abfuerunt. Longe maiori autem iure nos poscimus ab istis praecipitibus novarum rerum auctoribus, ut monstrant nobis *suas eximias virtutes*, et dignissimos vitae sanctioris fructus domesticos; aliter desinant iactare reformationem religionis. *μη δυναται η πισις (αυτη) σωσαι αυτον*; haec interrogatio *αποτομως* negat; itaque certum est, nomine *πισις* hic intelligi vitium potius et defectum hominis, quam novum aliquem statum moralem. Nempe luculenter illustrat *Hieronymi* locus, quem *Wettstenius* ex commentar. in Mich. 3, 5. huc iam attulit: „promittunt eis pacem et regna coelestia, „et dicunt, non necesse est, ut viuas continenter et sancte; *habeto fidem*, quam docemus, et „omnia promissa domini consequeris. „ Hic si sciremus *fidei* formulam, quam tales doctores commendabant, haud dubie accuratius intelligeremus veram reprehensionis rationem. Videtur et *Hermæ* locus pertinere ad illustrationem, lib. 2. mandato 10. Hi, qui numquam exquisierunt veritatem, *(λογον αληθειας)* neque inquisierunt

de

de maiestate (*dei*, addendum est ex mandato 11, 4.) *sed tantum crediderunt*: sunt inuoluti in negotiis hominum ethnicorum. Et alius mendax propheta est, qui perdit sensus seruorum Dei (*διαφθερες νομματα* bonorum auditorum) — et interrogant illum, quod illis (*Ethnicis* scilicet) futurum sit. Et ille mendax propheta — loquitur secundum interrogationem illorum, et implet animas illorum promissis, sicut illi volunt etc. Mandat. 11. — in cathedra sedet spiritus terrestris. In ecclesiam viuorum non accedit; applicat autem se dubiis et vacuis; et in angulis et abditis locis diuinat illis, et delectat eos, loquendo secundum omnia desideria cordis eorum — proba ergo de *vita et operibus hominem* etc. Mandat. 12. exultat se et vult primam cathedram habere — et verbosus est, in deliciis conuersatur et in voluptatibus multis, et mercedem accipit diuinationis suae. Sed et lib. 3. simil. 1. si scitis ciuitatem vestram (*caelestem*), quid hic emitis agros, apparatis lautitiis et aedificia et habitationes superuacuas? — num propter agros tuos — poteris abnegare legem tuam — operamini opera Dei, memores mandatorum et promissorum eius, et *credite ei*, quod faciet vobis — pro agris ergo — redimite animas de necessitatibus, prout quisque potest; et viduas absoluite, orphanis iudicate, et opes ac diuitias vestras in *huiusmodi operibus* consumite. Simil. 2. cum diues praestat pauperi, quae illi opus sunt, pauper orat ad dominum pro diuite — Simil. 6. describuntur Christiani, qui in perpetuum a Deo discesserunt — et nomen domini nefandis infectati sunt verbis. clarius, simil. 8, 6. hi sunt transfugae ecclesiae proditores, qui nefandis verbis dominum infectati, nomen eius negauerunt, quod fuerat super eos inuocatum. (Forte ad v. 7. nostri

ftri capitis hoc pertinet;) his non est locus poenitentiae; alii vero tradiderunt se quidem deliciis et voluptatibus — non defecerunt a veritate, repositam habent spem in poenitentia etc. Haec et his similia illustrant talem Christianum, qui dicit, se *fidem habere*, sed operibus et virtutibus christianis caret. Atque his illustrationibus historicis nobis praecipue opus est. Sic Simil. 8. num. 9. *in fide* perseverauerunt, sed *opera fidei* non exercuerunt — num. 10. *crediderunt* quidem Deo, in sceleribus vero conuersati sunt; numquam tamen a Deo recesserunt, sed semper *nomen* domini *lubenter tulerunt* (Christianos se dixerunt;) et libenter in hospitiiis Dei seruos susceperunt etc. Simil. 9. num. 19. habent quidem nomen (Christianorum) fide vero inanes sunt, nec est in eis ullus fructus veritatis — per quamdam cupiditatem habendi, *fefellerunt* homines, ducentes eos secundum cupiditates peccantium — Sed non deerit his colligendis alius locus commodior.

σωσαι αὐτον, eum transferre in statum *σωτηρίας*; scil. si subeundum erit *iudicium*? *τι το ὄφελος*, christianum nomen gessisse? Christianorum more *locutum* fuisse cum christianis?

v. 15. Exemplo rem illustrabo. Ex ista societate christiana fratrem aut sororem designabo, tam tenuis fortunae, vt et vestitus mediocris desit, et necessarius vel in diem istum victus.

v. 15. *εάν δε*. Iam vero; atqui; est declaratio ab exemplo Christiani, qui ita agat, vti iam describitur. Ab vno exemplo facile licebat similia vitia statim pernoscere.

ἀδελ-

ἀδελφος ἢ ἀδελφή, quia *uno nomine* vnus quasi familiae omnes vtuntur; *Christiani* omnes appellantur, itaque fratrum et fororum nomina frequentant. Iam vero arctissimum vinculum fratres et sorores iungit; itaque mutuis se auxiliis adiuuare debent. Plane eandem rem et fere similibus verbis repraesentat Prima Ioh. 3, 17. 18.

γυμνοὶ ὑπαρχοῦσι, vix fordide et misere vestiuntur, vt v. 2. ἐν εὐπαρεῖ ἐσθῆτι. Ita et in Christi sermone: *nudus fui*, et mihi vestitum praeiudicatis, scil. meliorem, commodiorem. Causa paupertatis potuit recens esse; peregrini forte adueniunt etc.

τῆς ἐφῆμερος τροφῆς. Etsi enim hic ibi *agapae* iam consuetudo valebat, et hospitium peregrinis paratum erat; atque alicubi eleemosynae et *rogae* colligebantur, tamen ista opportunitas nondum omnibus sufficiebat; nec haec adiumenta continuari poterant, si omnino deessent ditiorum continua supplementa. Dicitur autem ἐφῆμερος, quia nec huic diei sufficit illa paupertas, tantum abest, vt ἐπιεσιον τον ἄρτον, paratum cibum in crastinum diem iam asseruet. Collegit *Wettsteinus* multa, βίος, τροφή, καὶ ἡμέραν, ἐνδεῖα των καὶ ἡμέραν, ἐνδεῖς homines των (ἀναγκαιων, suppletur alicubi) καὶ ἡμέραν.

v. 16. Iam aliquis ex vobis, qui Christianos vos dicitis, interueniat; et his egenis, christiano more bona verba comiter impertiat, o boni, ite, iter vestrum peragite feliciter; curate, vt valeatis; arcete frigus a corpore; cibo et potu
vos

vos iam reficite etc. Si vero ipsi nihil earum rerum impertitis, quibus maxime opus est humano corpori ad valetudinem: quid tandem prodest ista noua religio? (Tam huic tam comiter loquenti, quam his pauperibus?)

v. 16. εἴπη δὲ τις αὐτοῖς ἐξ ὑμῶν, scil. ex eorum numero, qui habent τὸν βίον τῆ κοσμοῦ, 1 Ioh. 3, 17. Haec formula bene precandi *abeuntibus* saepe occurrit, Marci 5, 34. Actor. 16, 36. Luc. 7, 50. 8, 48. Hortatur igitur doctores et ministros, vt ne patiantur, inter suos hanc duritiem tamen nomine christianae religionis ornari. Nempe, *formulis* et *verbis* bene precandi hic vitur Christianis; quod Iohannes 1 Epist. 3, 18. dicit, ἀγαπᾶν λόγῳ et γλῶσσῃ, non vero ἐργῶ καὶ ἀληθείᾳ. Haec pulcherriime se illustrent.

ὑπαγετε ἐν εἰρήνῃ, est ipsissima pictura hominis inhumani, auari et duri, qui verbis bonis non parcit; vt fuit nuper adhuc consuetudo quorundam, qui semper in ore habebant, *dominus benedicat.*

μη δῶτε δὲ αὐτοῖς. Forte ex eadem ratione, qua iam Actor. 6. dicitur orta fuisse dissensio; cum isti ex Iudaeis praeferrī voluerint aliis ex gentibus; destinata enim est Epistola Christianis, qui essent *ex Iudaeis*; quos facile credimus reuoluisse vanas et exiles opiniones domesticas. Affertur autem hic vna quasi species beneficiorum, loco omnium, quae locum habere possunt; iuuare aegrotos, captiuos etc. Seculo autem secundo iam scimus locum habuisse *arcae* genus, vt *Tertullianus* ipse loquitur, Apolog. c. 39. et illustrat, non de ordinaria summa quasi redemptae

re-

religionis congregatur; sed modicam vnusquisque stipem *mensura die* — apponit — egenis alendis, humandis, pueris et puellis, (orphanis) senibus, domesticis, naufragis etc. Dignos sane diuini religionis fructus hic videmus; piget et pudet nostrae aetatis Christianos, etiam istos, qui non sint ex imperitis et improbis, comparare; qui prudentiam et curam studiosissimam facillime praetendunt, ne in indignos conferant aliquid stipis, licet sciant, esse pauperes; vt alios non commemorem, qui diligentissime et sedulo dogmatizant de *fide sola*, et de *iustificatione* scholasticissime disputant.

τι το ὄφελος, refero ad nomen christianum, ad fidem, seu religionis professionem. Cur te *Christianum* nominas? ecquid ad te ipsum utilitatis inde redibit? Debebas *πλᾶττειν πίσει*, seu *εἰς Θεον*, vt Christus describit Luc. 12, 21; aliter agens, *stulte* agis; ignoras, quid Christiani sentiant et sibi proponant.

v. 17. Plane ita se habet ista fides, seu religio christiana, apud omnes alios, si est operibus et bene in alios factis destituta. Mortua est quanta quanta est.

v. 17. ἔγωγε καὶ ἡ πίσις, scil. omnium illorum, *caret omni utilitate*, ἔθεν ὄφελαι, ἔθεν ὠφελαντων, 1 Cor. 13, 3. Nam non tantum haec *ἔργα*, beneficia in pauperes, commendantur; sed omnis ille catalogus virtutum frugiferarum, quem Paulus ibi describit v. 4-7. huc pertinet; ista enim studia Paulus ministris ibi commendat; atque eadem Iacobus vult praecipue persuadere.

εἰαν



ἐκ τῆς μὴ ἔργα ἔχει. Illustr. Michaelis *συμπληρῶ* hic addit; et nouum membrum incipit, *ὅτι* etc. Nihil iane obstat, quin sic distinguatur oratio; sed nec opus est; conuenit locus *Plauti* Epidic. 1, 2. 3. quid te retulit beneficum esse *oratione*, si ad *rem* auxilium *emortuum* est. Nec enim ita fuit oratio: sicut *vota* sunt inutilia, ita fides *sine operibus* est mortua; sed aliter. Isto vno exemplo vos docui, talem Christianum religionis suae nullum fructum percipere; iam de *omnibus* *aliis* Christianis, qui religionem iactant sine virtutibus christianis, idem valet; sine *ulla* *utilitate* est ista religio; *uita caret*; ipsa tota. Atque v. 20. etc. coniungitur, vt omnino respiciatur ad hanc propositionem, quae praecessit.

ὅτι καὶ ἑαυτὴν. Comparare licet Pauli similes descriptiones, qui Iudaismo tribuit mortem; 2 Cor. 3, 6. 7. *ὅτι* ἡμεῖς ἀποκτενοῦμεν τὴν ψυχὴν διὰ τὴν θανάτου, Rom. 8, 2. fuit νόμος ἁμαρτίας καὶ θανάτου etc. sic et christianae religionis idea, formula dicitur *mortua*, si fructibus perpetuis, documentis vitae, destituitur. Mortua est *in se ipsa*, i. ipsa tota; quanta quanta est; nullius vsus et pretii; deest tali *πίζῃ* vis vitalis quasi; scimus autem Christi doctrinam esse *πνεῦμα καὶ ζωὴν*. Sola est, iam latina vetus transtulit, quasi esset, (καὶ) καὶ ἑαυτὴν, atque sic etiam Illustr. Michaelis explicat sensu, vt opinor, eodem; forte tamen minus est ex vsu linguae, postquam *mortuum* dixeris, porro addere, *solum esse*; hoc non solet dici, nisi de eo, qui viuít; ubi mortuus est, non dicitur *solus* esse; nec videtur commoda esse ista tautologia, sine operibus si est, sola est; fortius dicitur, mortua omnino est, tota mortua est.

v. 18. Imo vero facile aliquis e melioribus Christianis isti, qui verbis tantum christianis utitur, hoc obiiciat: tu igitur fidem et religionem christianam *dicis* te habere? Ego vero haec opera et studia, christianae religionis testimonia, continua profero. Tu igitur ostende mihi si potes religionem christianam, (praeter verborum consuetudinem) ex operibus, quae tua, Christiani, sint propria. Ego enim lubenter consentio in hoc documentum; idque per mea studia et benefacta praestabo.

v. 18. ἀλλ' ἔπει τῆς. Conueniunt plerique interpretes, induci aliquem, qui isti vano Christiano haec obiiciat. Imo etiam cuius licebit tuam arrogantiam retundere; transtulit *Beza* in notis; eum, ut solet, *Iustinianus* imitatur: Atqui, vere quis dicat etc. *Weissenius* breuius addit, scil. αὐτῷ. σὺ τίςιν ἔχεις, licet per interrogationem explicare; i. e. *Christianum* tu te esse dicis; religioni christianae et tu nomen dedisti? Multi hic, praecipue ex *Romanis*, id hic sedulo agunt, ut tamen Iacobus hanc fidem, quae est mortua, *veram* esse non neget. Nempe si intelligitur religio seu doctrina christiana, ut opponitur Iudaismo et Gentilismo, *vera* dici potest; ratione obiecti cogniti; sed ne sic quidem simpliciter, quia fieri posset, ut a falso doctore imbibisset hic talem christianae doctrinae formulam, quae admistas haberet partes ex Iudaismo et Gentilismo. Saltem ista *πίστις*, et auditio cap. 1, 23, 25. quae caret exercitio ingenuo, homini nihil prodest, eum non transfert in statum salutis. Cui rei igitur ista disputatio continuabitur, utrum fides mortua sit tamen vera?

καὶ γὰρ

καγω εγω εχω. Intellego, christianus sum et ipse; sed et virtutes christiano proprias studiofissime in vita mea exhibeo. Iam igitur tu mihi demonstra, quod Christianus sis. Haec responsio, aut reprehensio occupat sane hominem, vix christiano nomine dignum; qui tantum opinionibus et expectationibus rerum externarum ipse duceretur. Interfuit haud dubie Christianorum coetibus stans; sed et hoc licebat aliis, qui nondum essent Christiani.

δεξεν μοι την πισιν σε εν των εργων σε. Antiquissima hic locum habet *diversitas lectionis*, quam certo et luculenter expedire et diiudicare, non est facillimum. Quod 1) attinet ad *græcos* libros, qui nobis superiunt, *alexandr.* et *jex* alii exhibent, χωρις των εργων (σε, etiam hic *abest* ab alexandr. et cod. 13. *Westenit*, seu Colbertino.) *Consensunt* cum hac lectione translationes veteres omnes, *vulgata*, *syr* utraque, *æthiop.* *copta*, *armena*; itaque hanc lectionem in *textum* recepit *Colinaeus*, et eum securus est *Beza*. approbarunt autem fere omnes recentiores critici; *Castalio*, *Grotius*, *Druſius*, *Cappellus*, *Hammondus*, *Clericus*, *Whitby*, et illustr. *Michaelis*. Ceteri vero *græci* cōdices constanter retinent, εν των εργων σε, nec ego istas *Pelesianas* nugas tanti facio, vt afferam; (*επτος*, sic finxit impostor ex ista *vulgata*, *sine*, et retulit ad εν.) Ego vero *utramque partem* sperno atque segrego a vero et antiquo textu; est enim *additio diversorum* temporum et locorum. Vidit omnino *Millius* istam lectionem, χωρις των εργων ortam esse *serius*; sed non vidit *vulgatam*, εν των εργων σε, similiter deberi interpretationi. Lectionem illam (χωρις —) ideo inuestam arbitror, recte iudicat *Millius*, quod altera illa,

(ἐκ τῶν ἔργων) aliquid absurdi in se habere videretur. Quomodo enim fidem ex operibus ostendat, qui — operum expers describitur? Ad evitandam hanc difficultatem, mutatum ἐκ in χωρῆς — etc. Hoc recte vidit *Millius*, χωρῆς τῶν ἔργων non luculenter convenire; sed illud non vidit, etiam istud ἐκ τῶν ἔργων, esse similem *additionem*, in alia provincia. Itaque parum feliciter *Millius* suscepit patrocinium *vulgaræ* græcæ lectionis; sed non feliciter defendit illustris *Michælis* istam lectionem recensionis alterius, χωρῆς τῶν ἔργων. Nam, quod subiungit, loco rationis, mihi quidem nulla esse videtur ratio; tum, quod *occupatur*, hanc partem scripturæ fuisse iam antiqui temporis, fuisse *priorem*, atque postea demum *mutatam* in istam ἐκ τῶν ἔργων, cuius generis mutatio ne fingi quidem potest, si iam adfuerat haec pars, χωρῆς τῶν ἔργων, tum vero quia eadem ratio concludendi, qua vitur vir illustris, similiter valet aduersus istam scripturam, χωρῆς τῶν ἔργων. Nempe sic colligit: concesserat apostolus — vt fidem se solam habere iactaret; quomodo ergo ab eodem exigere poterat, vt fidem *ex operibus* demonstraret. Atqui sic et nos rogabimus, quomodo demonstrationem postulare poterat, *sine operibus*? Nostra igitur sententia est haud dubie vera, atque nititur nostra regula, quam sexcentis exemplis iam confirmatam habemus: quaecunque *varietas* scribendi non potest ex altera explicari, indicium est, *utramque* varietatem esse *additionem*, variorum scil. temporum et locorum. Addo, licet arbitrer vnumquemque harum rerum peritum mihi accessurum, ἐκ τῶν ἔργων, *abesse* ab Oecuménio; quod est sane magni momenti; nec debuerat *Wetstenius* negligere, cum sit tanta penuria antiquorum documentorum. Iam facillime intelli-

telligemus, Iacobum scripsisse tantum, *δειξον μοι την πίσιν σου*. Hic quidam *adiecerunt*, ironice, *ἐκ των έργων σου*, alii rationem, cur demonstrare hic non possit. Haec *duplex* glossa occupavit postea plerosque codices; *Oecumenius* tamen *neutram* suo in libro habuit.

2) Iam vero superest alia quaestio; attulit ill. *Michaelis* ad *Bensonium* latinam translationem veterem huius commatis: „sed dicit aliquis, *tu opera habes, ego fidem habeo*. Ostende mihi si, dem, sine operibus; et ego tibi de operibus si, dem. „ Huius veteris translationis etsi nec volum, quod aiunt, nec vestigium attulit *Sabaterius* in corpore latinorum biblicorum, sicut et *Calmetus* ignoravit, *Millius* et *Wetstenius*: hanc tamen mutationem et peruersionem, non ita explicarem, quod *auctor ipse antiquae vulgatae*, coactus fuerit in eas angustias, ex falsa interpretatione, ut *contra codicum consensum* sententiam apostoli inuerteret. Sic quidem statuit Ill. *Michaelis*; sed huius coniecturae ego quidem nullum adiuumentum inuenio; multo potius facilius est ad iudicandum, et vero similis, scribam unicum aliquem tam imperite hic scripsisse; cuius generis *simillimum* exemplum videbimus paulo post, in peruersa scriptura postremae partis huius versus; in quam peruersitatem, licet luculentam, codices graeci duo consentiunt. Ipsa enim series orationis latinae id prodit, scribam ex negligentia mira lapsum esse; quia porro exhibet: *ostende mihi fidem sine operibus*; debuit ergo in eadem allocutione id exstare, tu fidem habes, quia porro id eloquitur, *fidem ostende* mihi; si vero, sciens et volens sic scripsisset, debebat in altera parte posuisse, *opera* mihi ostende sine fide. Est igitur mera *aberratio*.

δείξω σοι ἐκ τῶν ἔργων μου, τὴν πίσιν μου.

Facillima est sententia; publica mea et priuata studia eius sunt indolis, vt non cadant in alium, quam in Christianum. Tua vero publica et priuata vita quid tandem habet, quo iam magis differas a Iudaeo et ethnico homine, quam antea? Ego nec pericula sic timeo, vt abstineam ab exercitio religionis christianae etc. Hic tamen 2 codices, quos vidit *Wetstenius*, orationem inuertunt: καὶ δείξω σοι τὰ ἔργα μου ἐκ τῆς πίσεως. Alter est *Couelli* 4, alter *Geneuenfis*, quos iam *Wetstenius* obseruauit mirifice conuenire, quali sit alter ex altero exscriptus. Operae omnino pretium facerent eruditi, si *genealogias* quasi et classes codicum tandem colligerent accuratius; multarum enim rerum, quas ignoramus, quas ne cogitare quidem audemus, historia et cognitione inde possemus augeri.

v. 19. Dices igitur, Christianum me esse, sic probo; credo, Deum esse vnum; (nec angelis tribuo diuinam potestatem, nec Gentium sic dictis diis.) Haud sane rem tuam feliciter agis! Nam vel daemoniaci ista similiter hoc sciunt et credunt; sic quidem vt adeo horrescant, ad coniurationis formulas; (nihil tamen ipsi eo meliores fiant; Christianos certe nemo illos dicet, qui sic credunt.)

v. 19. σὺ πιστεύεις. Vix dubito respici ad aliquam formulam πίσεως, quae recitabatur a baptizandis. Affirmas iam, Deum esse vnum, qui Iudaeis pariter et aliis hominibus patrem se praestet, et ab vtrisque coli velit, vtrorumque communis fautor. Sed defunt tibi noua studia, quibus haec
no-

noua cognitio iam rebus et factis aliis praestetur et aliorum etiam oculis atque vlibus pateat. Iam alio modo inuocandus et commendandus est deus, quam antea solebas. *εις, unus*, intelligo, vt Ephes. 4, 6. vnus Deus et pater *omnium*. 1 Cor. 8, 6. *ἡμιν, nobis*, Christianis, siue simus ex Iudaeis siue ex Gentibus, *vnus* est Deus pater, seu 1 Cor. 12, 6. *ὁ αὐτός, idem* est Deus; sublato Iudaismo, qui Dei beneficam prouinciam ad gentes alias pertinere non putabat. Hic *πιστευει* Iuculenter est tantum affirmatio propositionis, seu historica cognitio; sine affirmatione et cognitione, amore et studio rei. Nec dubito, hanc vnā partem quasi exempli loco poni, atque inde ab initio, christianae formulae, ceteras partes, ordine longo, intelligendas esse; credis, Deum esse conditorem omnium; credis, Iesum esse Christum, esse mortuum, resuscitatum, fore iudicem etc. etc. Nam omnium harum sententiarum est iam eadem et simillima ratio; *mortua* est ista tua affirmatio, ratione mentis et vitae tuae.

καλως ποιεις, intelligo per ironiam; scilicet! o praeclarum te Christianum! satis demonstraſti, quod sis christianae religioni ipse addictus!

καὶ τὰ δαιμονία, illud *καὶ* est exprobratio, vel daemonia, (in hominibus) hoc idem credunt, atque adeo non sine horrore. De daemoniis ipsis, diabolis, quod multi hinc occasionem sumserunt verbosius congerendi omnia, quae *cognitioni* et *fidei* diabolorum possint attribui: fecerunt more temporis sui; haud sane ex consilio *Iacobi*. Nobis certe parum laudabile videtur studium, quod confertur in comminiscendam difficilem institutionem de diabolo et daemonibus; scio enim hac

via cyclopicam corruptionem et peruersitatem oppressisse Christianismi luculentam et frugiferam indolem. *Daemonia* hic *in hominibus* intelligenda sunt, a quibus per *exorcismos* eiiciebantur, isto adhuc tempore; huc pertinet illud *Φεισας*, quia plurium nominum diuinorum coactione compellebantur; itaque commodissime dici potuit, daemonia audiunt pronuntiari nomina Dei, et non possunt non credere istam vim Deo inesse; cedunt igitur et exeunt ex homine. Relinquit autem et permittit Iacobus ceteram seriem iustissimarum collectionum legentibus. Sic multi Romani sciebant et credebant, Iesum fuisse cruci affixum; multi etiam credebant istam famam, quae circumferebatur, de rege ex oriente venturo etc. Sed omnis ista opinandi, cogitandi, sperandi *de rebus extra nos*, consuetudo, nihil afferebat ad meliorem mentis indolem; tales Christianos, qui verbis et ideis nouis tantum gloriarentur, nec Christus informauit, nec doctrina Apostolorum.

v. 20. Vis autem discere et nosse tandem, o homo vane! quod fides et religio, sine conuenientibus ei studiis et operibus, mortua sit et nullius pretii? (disce ab Abrahamo.)

v. 20. *Ἰσθεις δε γινωσκειν, αὐ ἀνδρωτε νεβε.* Vel haec increpatio secum fert, non raros fuisse isto tempore, qui tam leui et vano omine christianum nomen iactarent, et eo facilius multos, assclas sibi adiungerent. *Κεως* scil. *νοος*, *Φειρων*, *αυαντος*, non est rari vsus inter Graecos; itaque non aberratio ignorantis, sed propositum et editum studium talium hominum describitur, qui auderent aliis persuasum ire tam vanam religionem.

nem. Cumque inde ab Abrahami historia repetat adiumentum, non est alienum a similitudine veri, tales magistros abusos fuisse Pauli Epistolis ad Romanos et Galatas, quae similiter ab Abrahamo repetebant documentum huius rei, sine operibus (mosaicis scil.) contigisse ipsi laudem iustitiae et probitatis. Atque haec ipsa appellatio, *parens noster*, ostendit, vnice cum Iudaeis hic agi; igitur et istos magistros operam dedisse Iudaeis alliciendis; atque sic *tertiam* quasi societatem nouam coiisse, qui Pauli discipuli non essent, eiusque doctrinam peruerterent; nec ad Iacobi et Petri scholam pertinerent, inani spe et vovis vanis allekti, ab iniuriis, calamitatibusque perferendis tam alieni, quam a virtutum nouarum sancto studio. *Beza* recte obseruauit, intelligendum esse (ἡ) *χωρὶς ἔργων*, sed nimia videtur sedulitas, quod porro admonet: ἡ *πίστις ἡ χωρὶς ἔργων*, esse subiectum, nec cohaerere *χωρὶς ἔργων* cum praedicato, *ἡ πίστις ἐστὶν*. Fides, quae est sine operibus, est mortua; et fides est mortua absque operibus; istam propositionem veram esse; non vero hanc alteram ab Apostolo affirmari. Hanc esse non minus absurdam, quam si quis dicat, corpus est mortuum sine sensu et motu. Igitur absurdum et ineptum est, si quis dicat, corpus est mortuum sine sensu et motu? Talia licere quidem priuatis ingeniis debent: sed ius christianae doctrinae catholicae non potest impertiri priuatis studiis et exercitiis. Nec Paulus nec Iacobus praeiuit tales formulas, quae verbis magis dant operam, quam rei.

v. 21. Nonne scis de Abrahamo, qui est nostri generis parens, perscriptum esse, quod eius fides et religio Deo tam probata, ex operibus

G 5

eius

eius declarata et comperta fuerit? Cum scilicet, religione in Deum plenus, offerre ausus esset filium istum Isaacum super altare.

V. 21. Ἀβραάμ ὁ πατήρ etc. *Clemens* ille romanus vidit haud dubie hanc Epistolam Iacobi, atque huc respexit, num. 30. 31. Epistolae primae; nec tamen memini, ab eruditis istum locum iam observatum esse. ἔργοις δικαιωμένοι καὶ μὴ λόγοις — repetamus ea, quae ab initio facta sunt. Cuius gratia εὐλογηθῇ (laudatus et beneficiis auctus fuit) ὁ πατήρ ἡμῶν (plane ut hic) Abraham? ἔχει δικαιοσύνην καὶ ἀληθεῖαν δια πίστεως ποιήσας — Iustissima et aptissima est illustratio huius argumenti, et versus 22. συνηγεί. Sic explicatur quid sit δια πίστεως et ἐν πίστει aliquem δικαιωθῆναι, scil. ποιήσαντα et κατεργασάντα δικαιοσ. καὶ ἀληθεῖαν, qui cognitionem meliorem ipsis factis praestat. Admonuimus in *prolegomenis* de ea re, quod *Clemens* et ille *Hermas*, primi omnium scriptorum, qui supersunt, Epistolam Iacobi iam usurparunt; unde collegimus porro, hanc Epistolam Iudaeis *Romae* fere primum omnium in manibus fuisse.

ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη. Hic omnino non est vlla species contradictionis, si quis Rom. 4. 1-4. comparet; sed ipsa series Pauli ostendit, ista ἔργα, quae Paulus separat a συνεργείᾳ δικαιώσεως, esse ἔργα legis Mosaicae; ex serie autem Iacobi patet, ἔργα, quae hic fidei facit loca et propria, non esse opera legis mosaicae; ergo *Iacobus* non contradicere voluit Paulo, sed corrigere quorundam falsam sententiam, qui Pauli auctoritatem perverterant in alium sensum. Hic interpretes omnium ecclesiarum et scholarum miris modis disputant; *Romani* sedulo distinguunt in-

stifi-

stificationem Abrahami, omniumque Christiano-
rum, *primam*, a *secunda*, seu incremento iusti-
tiae; quod nostri in locum de *renovatione* et *san-*
ctificatione referunt; eodem *virique* iure vsuri,
licet fortiter se impugnent. Nec enim vel isti
diribitores locorum, qui *renovationem* isto ordine
seiungunt, scripturae sacrae luculenta auctoritate
vtuntur. Atque licet sane aliquem vehementer
mirari, inde ab initio societatum christianarum
idem vitium simul locum habuisse et propagatum
fuisse omnia per secula, quod diuisit philosopho-
rum scholas; vt alteri semper alteris confutandis
et impugnandis dederit operam continuam; qua-
si certum sit, ius fas non esse, *de iisdem rebus*
alios intelligere et loqui aliter; quum tamen vtri-
que idem consilium et propositum suo modo con-
sequi certo possint. Multo autem et turpior et
atrocior fuit huius malignitatis vis apud doctores
christianos; nec enim praecipue mirabimur, mul-
tos philosophos, partis suae et vtilitatis studio,
sic se inuicem pupugisse et momordisse, vt audi-
torum numerum maximum et lucrum praeci-
puum soli efficerent. Inter Christianos autem
plane non agebatur de vtilitate externa; agi cer-
te non debuit; christiana enim philosophia aut
doctrina proponit hominibus religionis indolem
et ordinem, hoc consilio, vt animorum corru-
ptio et turpitude corrigatur, hominesque vitam
agent Christianis maxime dignam, aliisque ho-
minibus maxime frugiferam. Iam vero hoc lo-
cum habere potest, siue huic siue illi externae
societati aliquis se addicat. Cur igitur statores et
doctores singularium ecclesiarum tamen istas alias
societates porro contemnunt, et sacris conuiciis
lacerant? Respondeant hic arbitri aequi et seueri,
quod ipsi possunt; ego non dubito partem vitii,
quod hic interuenit, tribuere temporum et locorum
rum

rum perpetuo discrimini, quod animorum etiam humanorum aliquem gradum et modum secum fert, qui omnibus non potest esse communis, qui iam temporum et locorum eidem iuri subsunt; partem vero reicere audeo in doctores, qui *verborum* et formularum, quibus adsueta sunt, tenaciores sunt, quam *rerum ipsarum* studiosi et periti. Sic igitur de longa et acerba ista disputatione statuere sustineo, quae de *fide*, de *iustificatione*, de *bonis operibus*, adhuc diuidit ecclesiam Romanam ab illis *Protestantibus*, et has ab *academicis* nouis studiis; scio et fateor, romanae ecclesiae probos socios non impediri isto suo doceendi ordine a christiana perfectione et salute; pares autem gradus locum non habent. Omnes Romani fateantur, iustificationem non esse *mercedem* operum; sed esse beneficium *gratiae*, (efficacis, operantis.) Idem scio, Protestantes commodiorem et faciliorem intelligendi et applicandi modum, recte praeferre; sed sic tamen, ut nec nos cogamus omnes alios, qui nobiscum viuunt, ut vnicam eandem intelligendi formulam omnino retineant; cogere enim non possumus. Sed et illud verum est, *novas formulas* alias excogitari et reperiri *nullas a quoquam* posse, quae iam id efficiant, ut omnes Christiani *easdem imagines* concipiant, et loquendo simillime, atque aeterno quasi vinculo, reddant. Vanos ergo esse et leues homines, qui *verba* et *formulas* vtitas rident, contemnunt, et *noua verba* requirunt aut studiose commendant. Non inuideo nouorum meritum gloriam, quam apud sui similes captant; sed rei publicae sacrae, religiosarum societatum publicarum perturbationem ut adiuuem, nulla re adduci possum.

ἔδωκεν δὲ, imperitum linguae esse oportet eum, qui Hebraismum verbi neget et negligat;
nonne

nonne declaratus et manifestatus est, *ἐδοκιμάθη*, *δικαιος*, probus, Dei verus cultor et amator. Nempe alia iam vitae ratio nec fuit aliis hominibus obscura. Bene *Beza* affert Rom. 3, 4. 20. et Tim. 3, 6. *ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι*, quem locum profecto pauci recte intelligunt; manifestus quidem est *ἐν σαρκί*, (igitur, et contemptus, supplicio etiam infami affectus, haec addi debent intelligendo;) sed longe excellentiori modo ab omni ista iniuria defensus, commendatusque fuit a summa perfectione et sanctitate consiliorum. Inuoluit autem hoc verbum, si de hominibus ratione Dei usurpatur, condonationem vitiorum, quae superiorem vitam contaminauerant; ita *τελωνῆς* dicitur abiisse in domum suam *δικαιωθεὶς*, prae Phariseo; sic Abrahamus iam dicitur et laudatur *δικαιος*, Deique amicus, licet vita antea caruerit cognitione Dei; et vixisset inter idololatrias. Iam ista animi in Deum conuersio seria, quae *τελωνῆν* distinxit a Phariseo, et Abrahamum a pristina vitae vanitate, simul coniuncta est cum studiosa mutatione mentis, quae nititur viua cognitione rerum inuisibilium, quae vnice appetuntur: itaque hominis *infrigiditas* recte describi potest tam ratione Dei, qui tali homini iam fauet; quam ratione hominis, qui aliarum iam rerum desideria fouet et praefert. Isto respectu dixerunt nostri theologi *forensam* et *imputatam* interea homini iustitiam; hoc autem, *in-haesusuam*, moralem; *neutra* est sine altera in homine, licet posterior, qua est habitus, initiis paruis constare possit. Sic et carmina sacra, istud nomen saepissime, *utroque significato* coniuncto, usurpant; itaque bonis mentibus nihil difficultatis subnasci potest, si *rem ipsam* studiosius ament. *Verborum* autem ius et usum hominum similium aut dissimilium consuetudo constituit; recte igitur

tur quidam de iustitia *imputatiua* loquuntur lubentissime, vt animi tranquillitatem adiuuent; alii *inhæsuam* commendant, ne abusus nominis simul rei studium peruertat. Istam *iustificationem*, quæ constat Dei fauentis huic homini iudicio, tamquam rem summam et vulgo fere ignotam, præcipue tractabant maiores nostri, aduersus difficillimam eius temporis theologiam; hanc commendamus iam, ne homines improbi *fidei* in Christum nomine temere et ferociter abutantur. Itaque æquiores arbitri *de re ipsa* facillime conueniunt; intelligendi autem et loquendi vsum conscientiae permittunt; cui corrigendae et excitandae omnis institutio publica destinatur. Hic si qui tamen clamant, doctrinam ipsam, cum docendi modo ideo mutari et corrigi debere, vt eo facilius christiana virtus et palatia occupare possit et casus: consilio inani et vano dant operam, ingenique vanitatem suo ipsorum viuendi exemplo tam produnt, vt facile appareat, ipsos a spiritu religionis, quæ semper intelligendi et loquendi varietatem libertatemque adiuvat, esse adhuc alienissimos.

ἀρετὴν καὶ ἰσχυρὰν, vitur eo documento, quod est aliis luculentius; nam poterat ex superiori vita asserre, quod fidem Abrahamus Deo habuit filium adhuc promittenti, et posterorum multitudinem innumerabilem: quod exire ex patria terra non dubitauerit. Inest enim et his Abrahami rebus eadem *fides*, eadem animi ad Deum inclinatio, quam nouis factis prodidit et demonstrauit.

v. 22. Videsne atque intelligis, quod in efficienda demonstratione iustitiae et religionis Deo probatae, fides non sola fuerit atque seiuncta
ab

ab operibus; sed quod religio et opera simul describantur? Imo, ex operibus religionis istam indolem et integritatem vnice constituisse?

v. 22. βλέπεις, perspicis, intelligis; nempe ad parandam augendamque cognitionem christiana-
rum doctrinarum, opus est attentione et agitatione facultatum animi; aliter praecipites sententiae arripiuntur.

ἡ πίστις συνηγεῖ τοις ἔργοις αὐτῆς. Ego vix dubito Iacobum hoc velle, τα ἔργα ἡγάζετο, καὶ ἡ πίστις συν ἔργοις ἡगाζετο, scilicet, fides et opera effecerunt, vt Abraham hoc encomio ornaretur. Opera autem nulla erant sine operante; ergo idem dicit ac ἡ πίστις συνηγεῖ τῷ Ἀβραάμ, ποιεῖν ταῦτα τὰ ἔργα. Ratio colligendi est haec. Abraham filium obtulit; quia credidit, Deum tamen posse praestare, quod promiserat. Effecit igitur hoc Abrahamus; sed eius fides praecipue talia opera designauit et perpetravit. Hoc exemplum docet: vnumquemque, qui se dicit fidem habere, nouis Dei promissis et institutionibus, similiter conuenientibus studiis suam fidem praestare deberg.

καὶ ἐκ τῶν ἔργων — ἐτελειώθη, sine operibus scilicet, ἀτελής fuisset, et νεκρά, nempe logice; hoc documento ad alios constat; hic illa πίστις eorum, quos Iacobus hic reprehendit, fuit ἀτελής, caruit adhuc vita; caruit talibus fructibus et effectibus; itaque est fides mortua, cui nullum statui potest pretium. Simplicissima haec est interpretatio; nec opus est omnium, tam diuisorum, theologorum subtilitatibus; quos inter et Beza hic iusto studiosius addit, Abrahamum
iu.

iustum pronuntiatum fuisse multis ante annis, *ex meré imputata Christi*, quamvis nondum actu praestita *iustitia*. Ista explicatio non est historica, sed sequitur scholae posterioris consuetudinem; quod sane licet; sed sine vlla vera utilitate, siue nostra siue alia, in locum hunc ingeritur. Nemo enim vlla ratione demonstrare potest, *Abrahamum* aliquid sciuisse de theologica seriori formula, *imputationis*. Talia licent nobis, qui utimur nostris ideis characteristicis; sed non pertinent ad sensum scriptoris. *τελειωθῆναι*, ratione et respectu aliorum dicitur, quibus Abrahamus sic *δεικνυει*, *ἐδείξατο* fidei suae indolem. Nostro autem iure nos adiungere possumus, frugiferas et salubres nobis meditationes, nostra causa, nostro exercitio.

v. 23. Atque sic maxime verum esse perspicitur, quod scriptura illa prodit: Abraham Deo fidem habuit, (et religionem suam factis et rebus probavit;) et hoc eius studium Deo sic placuit, ut iustus et probus homo, Deique amicus postea diceretur; (haud dubie posterorum et legentium causa.)

v. 23. καὶ ἐπληρώθη, scilicet ratione legentium, de rei declaratione et approbatione, agit Iacobus, Beza. Vera comprobata est, Iustiniani. nempe, sic omni de ea re persuaderi potest, si vero nulla Abrahami studia et facta noua scirentur, nec intelligere alii hoc possent. Scriptum est illud encomium, iam Genes. 15, 6. hoc autem factum, immolatio filii, Genes. 22. Notissimum autem est, Iudaeos latissime uti hac formula, impleta est scriptura (*אמל*), nec opus videtur, verbosius

sius confirmare istum phraseos latioris usum. Iam vero si vani isti Christiani ipsi *fidem* sibi tribuunt, praeclara autem rerum nouarum documenta omnia defunt, quomodo constabit veritas huius laudis, πληρωθησεται.

ἐλογιωθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, vitam Abrahami superiorem caruisse hac laude, satis notum est; sed Deus hoc documentum nouae indolis, quasi perpetuae et continuae virtutis loco se habere declarat, ut alios eo certius inuitet, ad hanc amicitiam, quam virtutis ipsum desiderium et studium conciliat; hac virtute vel desiderio qui caret, nulla ratione sibi hoc tribuere ipse potest. Dei solius auctoritate hic res agitur; homini nihil licet; conscientiae iure res agitur. Itaque inepta est ista sedulitas illorum, qui oblitiscunt, Deum *falsum* cogitare non posse; aut *imputationem* hanc iustitiae, non esse veram iustitiam; aberrant a summa Dei Φιλανθρωπία, qui sic verbis dant operam, ut feriam rem ultro negligant; inhumani sunt atque illiberales, qui tam facile animorum meticulosorum rudimenta fiducia in Deum proiiciunt, et vel hominum studia in puerorum conatus laudant; obliti ingentis syllogismi, quo Christus nos uti iubet, Matth. 7, 11. Luc. 11, 13. Nempe eadem diuini caelestisque iuris formula Deus hic vitur, ac *praua* desideria et studia, pro ipsis flagitiis iam perpetratis habet. Res tantum redit ad usum et exercitium hominis; si quis isto omisso, verbis et formulis aucupandis studet, iisque varie mutatis christianam religionem praecipue in commune iuuari putat, is bonam vitae partem seriis nugis perdit.

Φίλος Θεοῦ, saepe haec formula exstat; Abraham ὁ ἡγαπημένος Θεοῦ, 2 Chronic. 20, 7. Ies.

H

41, 8.

41, 8. ὃν ἠγάπησα. Iudith. 8, 22. latine; atque huc pertinet descriptio Christianorum, Rom. 8, 28. qui *amant* Deum, quae saepe in 1 Epistola Iohannis repetitur. Nec magni refert, disputare, vtrum Φίλος hic actiue, an passiue sumatur; quia neutrum est sine altero. Collegit *Wetsteinus* etiam ex aliis scriptoribus, Φίλον θεῶν et θεῶν, dici τὸν εὐσεβή. Iam supplendum est, tu vero, vanae religionis iactator vide, quo iure Deo et Dei amicus dici queas? Quid tandem agis, quod amore Dei te aut duci aut frui demonstret.

v. 24. Tantum exemplum, tam luculentum, sufficiet vobis, vt iam intelligatis, rebus et factis comprobari hominis veram praestantiam et Deo placentem indolem; minime vero tantum ex vana professione religionis, quae hanc societatem diuidit ab altera.

v. 24. ὁρατὲ, Syrus singularem exhibet, ὁρατὲ, praecessit certe v. 22. 20. 19. 18. singularis; desunt tamen alia huius lectionis antiqua vestigia. τοινυν, abest a tam multis et bonis codicibus, etiam translationibus vetustis, vt dubitari non possit, *absuisse* inde ab initio; et deberi *additioni*, qua ad sensum quidem opus est, sed non ad textum.

διαισταὶ ἀνθρώπος. Sensus Iacobi est facilissimus; ex tota orationis serie enim patet, ipsum loqui aduersus homines, qui solo nomine christiano gloriabantur, expertes ominis, et studiorum nouorum. Hos ergo refutatum iuit; atque inde certo colligimus, etiam nobis opus esse nouis studiis et votis seriis, si velimus religionis christi-

christianae usum et fructum nobis tribuere. Cetera theologorum, varia per tempora sedulitas et disputatio, relinquenda est seculis et aetatibus, quae hominum varia intelligendi exercitia, forte et vitia, secum tulerunt. Sciuit iam *Augustinus*, esse homines e. c. aegrotos, quibus deest operandi tempus; qui corde crediderint ad iustitiam. Fuisse ex gentibus, qui iustificati sint ex fide, ut iam bene operarentur, (sine praeceptis mosaïcis;) de his loqui Paulum; ista iustificatio est inhaesiva; quam eruditissimi e nostratibus tribuunt Augustino, iam seculo 16. Bene; similiter Iacobus postulat fidem cum talibus operibus; aliter talem esse tantum nomine christianum, non noua indole et in statu *σωτηρίας*. Iam theologi varie disputarunt, romani, de iustificatione *prima*, (Iacobum comprehendere nomine *operum* actiones *internas*, (quae nos a *conuersione* describimus;) de *secunda*, quae externas actiones postulat; (apud nos, *renouatio* describitur.) Quae igitur auctoritas existere potest, quae *diuersam* rei eiusdem, status eiusdem noui in Christiano, *explicationem* iubeat eodem modo et ordine informari, et iisdem describi phrasibus et terminis? Ego, fateri non dubito, *auctoritatem* nullam existere unquam posse, quae hac ratione legem omnium Christianorum efficiat. Omnes igitur Christiani, siue *Romani* dicantur, siue Lutherani, Protestantes, Arminiani, Sociniani, si fidem suam nouis et christianis fructibus commendent, hebraico nomine, et Apostolorum auctoritate, dicendi sunt *δικαιοι*, *δικαιομενοι* a Deo, *δωρεαν*, nouo gratiae huius et beneuolentiae beneficio; sed, cum temporum locorumque iure et modo omnes differant, intelligendi et *loquendi diuersitatem* tollere nunquam possumus; haec etiam secum feret externarum societatum separationem; sine diuersi-

tate pietatis et religionis internae. Cum vero huius causae accuratior cognitio non statim pateat omnibus Christianis: liberum esse debet Christianis, ut ei se societati adiungant, quae ipsis videatur tutiorem viam elegerit. Est autem proborum et piorum doctorum, ut istam dubitationem imperitiorum liberaliter regant, ne conscientiae castus usus sacra odia alar aut augeat; quod vitium cum ipso Iudaismo tam est coniunctum, ut christianae religionis arcem quasi negligat, hominesque alios sacris miseriis et calamitatibus in humanum ordinem redigi suadeat. Ab hac noua generis humani peste scimus alienissimum fuisse Christum, eiusque omnes apostolos.

καὶ ἐκ τῆς πίστεως μόνον. Liceat hoc vnum adiungere, Apostolum non agere de priuata Christiani huius, illius, historia; scimus, pro varietate status priuati homines varie affici ipso usu christianae doctrinae practicae; eos igitur, qui omnium studiorum suorum mediocritatem exilitatemque et tenuitatem praecipue cogitare solent, vnice frui hoc solatio, quod fide et desiderio beneuolentiae Dei per Christum et partae et promissae, Deo placere possint, atque iustificationis beneficium nancisci. Hi, quia minime sunt negligentes amatores vniuersi ordinis, quem Deus praescripsit, atque diligentissime student parandis augendisque virtutibus christianis, non sunt premendi aut impellendi, hoc carmine *Iacobi*; sed liberrime vtuntur adiumentis Pauli, Ioannis etc. ut animi tranquillitatem augeant. Haec eadem animorum, qui incaluerant piis motibus, varietas et diuersa inclinatio, et peperit diuersitatem intelligendi loquendique, et continuat eandem: salua christianismi vera et liberali indole. Itaque
in

in hac causa sapienter agenda praecipue spectari debet doctorum christianorum probissima et com-
moda exercitatio; a qua prudentia iuuandorum
animorum quo fuerunt quidam alieniores, eo
facilius, imperitando, christianae religionis fructus
laetos et salubres ipsi impediuerunt; commenda-
tionis vero auctoritatem omnem corruperunt.

v. 25. Aliud exemplum, praeter plura alia,
est hoc Rahabae, cuius pristinum vitae genus
non ignoratis. Nonne factis et operibus pro-
bavit nouam animi indolem, qua a Gentilismo
iam secesserat ad colendum vnum Deum? Au-
sa scilicet, istos nuntios et exploratores, hospitio
excipere apud se, atque, ne in ciuium manus
inciderent, tutissimae fugae viam illis monstrare.

v. 25. ὁμοίως δὲ καὶ Ρααβ, cetera multa exempla,
quae Hebr. 11. commemorantur, quasi legen-
tium memoriae et recordationi permittit Iacobus;
hoc exemplum vel isto nomine decerpens, quia
fuit haec mulier ex gentibus. Ceterum parui
momenti est, quod Rahabae statum et vitae ge-
nus multi sic malunt describere, vt auertant no-
men meretricis; libera manet omnibus facultas
praefarendae sententiae suae; sed cum ipsi scripto-
res sacri nihil admoneant, ne meretrix isto no-
mine censeatur: operae sane pretium non est,
post tot seculorum interuallum, historiae quasi ac-
curatius nos consulere velle. Nec opus est, vt
molestius aliquis hoc exemplum apud nos agitet
in omnem partem, vt tandem conueniat cum no-
stro docendi modo, de origine fidei; scimus
enim istud ὁμοίως tantum pertinere ad rei sum-
mam, ad noua studia, quae a noua cognitione

abesse non possint. Obiectum $\pi\iota\varsigma\omega\varsigma$ differt multis modis; sed eadem est indoles hominis, cui $\pi\iota\varsigma\iota\varsigma$ inest; de hac re iam non agitur, sed de eo, vnumquemque cognitionis, quam de Deo se praeferre dicit, debere convenientia praestare studia et facta.

$\epsilon\delta\iota\mu\alpha\iota\omega\delta\eta$, hic clare respectu aliorum hominum hoc verbum usurpatur. Quicumque ergo volunt *esse* Christiani, nouis studiis et factis debent distinguere et spectari; aliter aliquis pro veteri vitae modo, quem continuat, habebitur ethnicus, Iudaeus; non vero Christianus. Iam sicut de Abrahamo, Rahaba, narrantur talia facta; sic et christiani hominis luculenta studia et facta aliis patere debent, quibus a Iudaeis et gentilibus istis facile distinguantur.

v. 26. Itaque satis patet, sicut corpus humanum, cui spiritus deest, mortuum est, nec functionibus humanis porro aptum, ita et professionem christianae religionis, si desint Christiano digna studia et facta, ipso quasi spiritu suo carere; mortuam esse, nec vllius siue apud Deum siue ad homines pretii.

v. 26. $\omega\sigma\pi\epsilon\rho\ \gamma\alpha\rho\ \tau\omicron\ \sigma\omega\mu\alpha$ — hic illa comparatio ipsa exstat, quam *Βιζα* antea, ad v. 20. reprehendebat. Corpus enim sine sensu et motu, et corpus, sine halitu: est haud dubie idem. $\pi\iota\varsigma\iota\varsigma$ hominis, est idem ac, homo, qui $\pi\iota\varsigma\iota\varsigma$ se habere dicit; si habet $\pi\iota\varsigma\iota\varsigma$ sine operibus, (licet non desit opportunitas atque occasio operandi;) comparatur cum corpore et cadauere mortuo. Reprehenditur igitur homo, qui inane nomen christiani sufficere putat; qui $\pi\iota\varsigma\iota\varsigma$ audet sibi tri-

tribuere; sed a studiis christiano dignis semper et sciens alienus est. Huic profecto nemo praeire potest, ut eum corrigat, doctrinam de iustificatione, per fidem solam.

CAP. III.

Seclio V. v. 1-18.

v. 1. Ex his, fratres, quae iam scripsi, intelligetis, minime multorum apud vos esse hanc prouinciam, quae publice docendae christianae religionis facultatem recte exercet; scire potius debebatis, quod, quotique ipsi eum in locum temere surgimus, eo grauius iudicium subituri simus; (ob scandala et damna, quorum temere fuimus auctores.)

v. 1. *μη πολλοι — γινεσθε*, nolim multis auctor esse, ut sumant sibi prouinciam docendi in christiana societate. Eleganter et perspicue *Erasmus*: proinde ne passim ambiatis esse magistri. Itaque est fere eadem causa, ac Corinthiorum fuit, qui *χαρισματα* postulabant, 1 Cor. 12. seqq. Paulus iis opponit, *τας πνευματικας* non ex suo arbitrio sumsisse sibi talia ministeria etc. Hic *Lacobus* rem eandem agit, sed alio modo; intelligimus igitur, passim per vrbes exstitisse hominum ambitiosa desideria, qui vltro ipsi auderent sibi designare prouinciam docendi, et colligendae propriae societatis; vnde schismata multa oriebantur. Nec omnino tacet antiquior historia de variis separatis societatibus christianis, quas inter etiam varia *Euangelia* locum habuisse sci-

mus, quibus scilicet vterentur iam varii doctores apud suos.

μειζον κριμα ληφομεθα. Vulgatus *sumitis*; quod non parum differt a graeca forma, ut oculorum vitio vix accidere potuerit. Si supersit aliquid praeterea vestigii, audacter pronuntiarem, graecum *verbum* nullum exstisse; ὅτι μειζον κριμα, scil. ἐσαι, alii expleuerunt per ληφομεθα, quod *vulgatus* nondum vidit, sed hoc, ληψεσθε, *sumitis, sumetis*. Quod vero attinet ad rem et sententiam, conféro Pauli istam sententiam, 1 Cor. 3, 10. 13. 15. Loquitur certe de doctoribus et ministris, atque similiter minuitur periculum ingens, si quis fundamento vnico imponat vile aedificium. Sic et cap. 4, 15. concedit, vel μωρις surgere posse paedagogos et doctores; vnicum tamen patrem se esse, qui veram christianismi indolem praeiuerit. Similiter hic Iacobus id agit, ut vnicum argumentum et fundamentum christianae religionis, πισως conseruetur; ideoque abstinere vult istos alios, qui domesticis adhuc vitiis et consiliis agantur. Luculenta est etiam illa conuenientia, quod Paulus *schismata* et diuisa doctorum studia reprehendit; quod idem *Iacobus* hic et cap. 4, 1. 2. agit. Denique κριμα 2 Petr. 2, 3. huc pertinet; quod impendere dicitur his, qui *falsam et corruptam doctrinam* propagare audebant.

v. 2. Nam ita iam ipsa fert humana fors, ut omnes in multis impingamus; igitur multo maius est errandi periculum, si quis doctoris gerat prouinciam. Certe, si quis in sermone omnino non impingit, eum oportet perfectum virum esse et consummatum; virum inquam, qui

qui etiam ceteri corporis vsum feliciter et sapienter regere possit.

V. 2. πολλὰ πταιομεν ἅπαντες. Collegit *Wetsteinus* multa carmina aliorum auctorum, qui rem eandem obseruarunt, neminem esse sine vitiis, sine culpa, sine peccatis variis; nempe isto omine, vt ἀδικήματα destinata distinxerint, quae numquam hac ratione excusantur. Vult autem Iacobus viam munire ad istud genus collectionis, quod dicitur a minori fieri ad maius.

ἐν λόγῳ ἔπταιει. Sic *Zenonis* illud dictum seruauit *Laertius*, κρείττον εἶναι τοῖς ποσὶν ὀλιόειν, ἢ τῇ γλώσσῃ, quod *Eustathius* in animo habuit, Odyss. θ. — — ista γνώμη frequentata fuit, Φορητοτέρον εἶναι ποσὶν ἢ πρὸς γλῶττι προσκοπτειν. Propior autem est illa sententia Sirac. 19, 17. τις ἔχῃ ἡμαρτήσεν ἐν τῇ γλώσσῃ αὐτῆς; id igitur praecipue agit *Iacobus*, vt ab experientia, quae est frequentissima, ducat rationem, qua istos auocet a docendi ambitione, qui quotidie domesticorum errorum in priuata vita, malos fructus iam percipiant; multo igitur minus idonei sint ad docendi ministerium; vt plane eandem rationem sequatur *Iacobus*, quam praeiuit Paulus 1 Timoth. 3, 4. 5. si quis priuatam suam suorumque vitam minus bene et prudenter regere potest, multo minus publicum munus ecclesiasticum administrare potest; quod docendo, hortando, suadendo — maxime spectatur. Quidni vero liceat coniicere, fuisse hic ibi multos, qui forte Hierosolymis fuerunt, et de diuersa oeconomia Palaestinenis et Pauli iam loquerentur in-temperantius, ipsi ignari τὰ τυπὰ τῆς διδασκαλίας; vt 2 Petr. 2, 21. notantur tales, qui παραδόξαισαν αὐτοῖς ἁγίαν ἐντολὴν iam spreuerunt. Hos



solos, qui legitime constituentur ab Apostolis, tales esse, qui sermone ad alios erudiendos recte uti possint, sine errore; tales igitur et ceteris ministeriis pares esse; diaconos, presbyteros etc. nulli affectui et vitio patentes. Ille locus vniue videtur veram et facillimam interpretationem nostri adiuuare; eum si hic negligimus, vix licet recte intelligere hoc argumentum. Ceterum minus bene Apostoli consilium perceperunt, qui *silentium* perpetuum inter adiumenta perfectionis christianae retulerunt; quod seimus multa per monasteria olim longe lateque valuisse.

τελειος ἀνὴρ, non solum ἀνεπιληπτος, sed et καλὴν μαρτυρίαν ἔχων, tam a nostris, quam ab exteris. ὅλον το σῶμα, nempe *suum* ipsius; huic et istam laudem tribuimus, quod corporis cetera omnia membra freno quasi compescere soleat; ut nec sit παροινος, nec πληκτής, nec αἰσχροκερδής, nec veneri deditus; sed ἐπιεικής, ἀμαχος, ἀφιλαργυρος, σωφρων, in consuetudine continua cum aliis. Mirari licet, eruditissimum *Grotium* nomine σῶμα intelligere velle *ecclesiam*; ei iure opposuit *Bensonius* istas rationes; nec *solum* hoc nomen vniquam significare ecclesiam, hic vero nihil *addi*, vnde pateat tropus; nec χαλινάγωγεin conuenire ecclesiae; nec conuenire ea, quae sequuntur, v. potius sextum confirmare significatum proprium. Lingua enim hic dicitur σπλάσσα totum corpus, scil. *huius hominis*. Intelligitur ergo cetera variorum ministeriorum publicorum varietas, quae omnia sine vera cognitione christianismi exerceri non possunt. Si igitur quidam docendi prouinciam arripiunt, quae tamen constat ὑποτυπώσει ὑγιαίνοντων λόγων, et semper apostolis subest, quorum παραδόντων tam praecipites homines ne norunt quidem:

non

non solum aberrabunt a vera doctrina, quam non didicerunt, sed etiam ingentia damna, tot adhuc vitiis ipsi obnoxii, facient; superbi scilicet, avari, contentiosi, suarum partium studiosi; oculis, auribus et toto corpore ad continua vitia abufuri.

v. 3. Sed hanc causam illustrabo diligentius. Equorum quantumvis ferocium in ora frena iniicimus, eo consilio, ut nobis obsequantur; atque hae una ratione exiguo ferro perite usi, facile id efficimus, ut totum corpus circumagatur.

v. 3. *idē*, codices graeci 16. nisi plures, cum *Oecumenio*, *itala*, *vulg. copta*, *aethiop.* arabica una, legunt *ei dē*, 2 vocabulis; multi alii, *idē*, quod vix differt ab isto *idē*. Hoc *ei dē*, *si vero*, praetulit Ill. *Michaelis*; nec obstat, quod est paulo impeditior oratio; quod ipsum potius signum esse potest, antiquioris lectionis, quae postea deum in *faciliorem* mutata sit. Vix tamen audeo aliquid affirmare; cum iam tempore *Syriacae* translationis istud *idē* vel *idē* locum habuerit; itaque malim statuere, *Iacobum* hic *neutrum* scripsisse. Sed ista sunt omnino minoris momenti. Rem potius ipsam diligentius illustrari operae est pretium; licet plerique interpretes non videantur haelisse, aut obseruasse orationis tam seuerae et satis verbosae acerbitem. Facile autem dabunt lectores, vel leuiter moniti, oportere istas per vrbes in societate talium Christianorum vitia et flagitia exstitisse et magna et publica, hominum maledicorum praecipue, qui linguae malignitate multos exacerbarint, et religionis argumentum, quo a ceteris Iudaeis diuidebantur quidem, sed alieni ab ingenio christiano, conuerterint in adiuuenta voluptatum; itaque et schismata excita-

runt

rint inter Christianos. Huius rei atrocitas, non solum ex hac quasi declamatione in maledicos homines, qui quasi pestem sic circumferant, colligi potest, sed et illustrari luculenter ex illa *Iudae* Epistola, qui fuit *Iacobi* frater, et breuioris Epistolae suae grauissimum argumentum similiter ab istis pestibus et maledicis hominibus desumpsit. Iam si comparamus istas trium Apostolorum Epistolas, tam similes ipsas argumento, quod querelis iustis et reprehensionibus fortissimis constat: tum vero videtur tandem noua lux redire ad has Epistolas, qua fere adhuc omnino caruerunt. De illa re agemus forte copiosius in *prolegomenis*; iam sufficit, homines quasi repraesentasse interea, e Iudaeis pessimos, abusos illa specie nouae religionis, aduersus romanum adeo magistratum; hinc demum intelligemus accuratius hanc tam vehementem et ignitam quasi *Iacobi* orationem. Iam ad phrasas quasdam illustrandas pergitur.

χαλινες — βαλλουεν, intelligitur, μικρες, μετρεες, exiguae molis, et tamen vel feroces equos sic domamus. παιδεσθαι etiam alii scriptores sic dixerunt de equis. *Linguarium* dixit alicubi *Seneca*, vt doleas et postea consideratius loquaris.

v. 4. Sed et naues, tantae quidem molis, ventorumque faeuorum agitationi iam patentes, tamen circumagi solent modico gubernaculo, quaecunque in partem impulsus dirigentis eas ferri voluerit.

v. 4. πλοια τηλικαυτα, και υπο ανεμων, duplex inest magnae rei momentum; ipsa nauium e. c. one-

onerariarum magnitudo, quae ingentia impostarum mercium pondera continet; et ventorum ista vis atque vehemens impetus, qui vela impellit; tamen minimo gubernaculo eo aguntur, quo vult nauclerus; qui et ipsum rapidi maris impetum sic quasi compescit. Vtramque similitudinem, freni et navigationis, similiter sic coniunxit *Plato*, in *Axiocho*, et addit, *εἰς τὴν κυβερνήτην τὴν γλῶττην*, utroque modo, partim *τοῖς λόγοις ὀπλιζόντες*, (ut freno equos) partim *σιωπῇ κατευναζόντες*, (ut ancora nauem.) Eum, ut saepe, imitatur *Philo*, de agricultura. *Plutarchus* similiter dixit, sicut equus *διὰ χαλινῶν*, et naus *πῆδαλιῶ* regitur. Vide ista apud *Westenium* pluribus.

ἡ ὄρμη τῆς εὐθυνόντος, nempe Nauarchi impetus et impulsus non raro fortior, recte nominatur *ὄρμη*. Itaque vix opus est admonitione Ill. *Michaëlis*: qui dissentit ab interpretibus, qui explicant de *voluntate* dirigentis; et putat, vix conuenire vocabulum voluntati gubernatoris, quae non impetuosa, sed cauta et prudens esse et solet et debet; itaque designari potius, impetum nauigio a gubernatore impressum, den *Schuss*, den *Schiff* durch Kunst des *Steuermans* befoemt; sic Prouerb. 21, 1. *ὄρμην τῶν ὕδατων* dici. Satis omnino recte illud habet, *voluntatem* non esse impetuosa; *arte* nauem torquet, non *valentia*; sed saepe ars et prudentia peritissimi gubernatoris *ὄρμην* corporis totius postulat, ad gubernaculum dirigendum. *Lucretii* versus adduxit *Westenius*, qui ad rem maxime pertinent.

v. 5. Similiter se habet vis linguae (ad multitudinem); eiusque moderatio non est minoris
mo.

momenti. Pusillum sane membrum; sed quod magnifice quasi se extollere potest; magna enim et exitia et beneficia linguae debentur. Scilicet ignis fere in modum; quem scitis paruum initio, magnam materiem et copiam lignorum statim incendere, nisi hominum obstat sollertia.

v. 5. ἔτω καὶ ἡ γλῶσσα, μικρὸν μέλος ἔστι, pars comparationis prima, sicut frenum est modicum, ratione equi, et gubernaculum, minima pars navis.

καὶ μεγαλυνχεῖ, scilicet, ἐπὶ τοῖς πράξεσι, altera pars comparationis. Vel ferocem equum, et ingens nauigium paruo artificio regunt homines; sic et lingua quasi iactare potest, quod res maximas effecerit et efficiat inter homines; vnde iam Prouerb. 18, 21. dicitur, θάνατος καὶ ζωὴ ἐν χειρὶ γλώσσης. *Erasmii* paraphrasis est aptissima: pusillum est membrum, sed turgidum et iactabundum, lateque miscens exitium et ingentes excitans tumultus, totos populos, tota regna committit. *Bensonius* plura loca designauit, e quibus apparet, quantas res agat lingua, siue bonas siue malas; hic potissimum atroces res ob oculos ponuntur. Huc igitur praecipue pertinet illa descriptio 2 Petri 2, 18. ὑπερογκὰ ματαιότητος φθεγγόμενοι etc. et Iudae v. 16. τὸ σῶμα αὐτῶν λαλεῖ ὑπερογκὰ — ἀποδιορίζοντες εαυτοὺς, v. 19. Haec et similia, etiam ex 1 Ioh. 4, 1. ψευδοπροφηταί, (qui ὑπερογκὰ promittebant,) illustrant hanc Iacobi Epistolam satis apte; ut possimus propius quasi intueri tales promissores, qui relicto ordine verae doctrinae, fingeant oracula aduersus romanum magistratum, polliceantur nouum voluptatis theatrum etc. quorum numero multi Montanistae et Sibyllistae seculo 2. 3. con-

continuarunt istam *μεγαλαυχίαν*, quorum vitiiis accidit, *την ὁδὸν τῆς ἀληθείας βλασφημεῖσθαι*, 2 Petr. 2, 3; quae sententia addenda est ad capitis Iac. 2, 7. Haec *hypothesis*, quam subiicere his epistolis audeo, tandem noua eximia luce augebit veram interpretationem, vt historiam quasi reducamus, cui nec veteres praecipue operam dederunt. Numerus horum Iudaizantium, et peruertentium sanctissimam religionem, satis magnus fuit; nec mirabimur iam romanorum magistratum diligentiam et prouidentiam, ad compescendam tam *immanem superstitionem*, vt Plinius recte nominat, in ista frugifera Epistola ad *Traianum*.

ιδε, ὀλίγον πυρ. Vix duo codices graeci ἤλκον et hic exhibent; quod nullo sane iure praeferi potest; pusillum *ignis*, quasi *πυρὸς* expressit antiqua latina, quod refert ὀλίγον. Rem, quam experientia docet, copiosius declarari nihil opus est. ὀλίγον non tantum numero conuenire, sed et minori magnitudini, *Eustathius* et alii ex vsu notarunt. ὕλη non tam siluam quam lignorum multam copiam, materiem significare, plures iam obseruarunt; sed et *siluam* intelligere licet; quum non solum graeci de *montibus* dixerint, quod incendantur, (ap. Werstenium) sed et satis notum sit, fulmine ictam in silua vnam arborem multa ad iugera transmisisse incendium.

v. 6. Ira et lingua instar ignis habet; hominumque ingentem perniciem loco vtilitatis, saepe efficit; studiosissima suadendae aut excusandae omnis iniquitatis; adeo lingua superat quasi omnia membra nostra; ipsa quasi pestis, quae inficit vniuersum corpus; atque sic inflammans quasi

quasi vniuersae vitae cursum et modum; imo potius ipsa infeliciter inflammata ex ignibus Gehennae —

v. 6. καὶ ἡ γλῶσσα πυρ, linguae malignitas, siue blandiendo, siue falsa confingendo, igni potest comparari, ratione damni, quod sequitur in hominum studiis et moribus.

κοσμος ἀδικίας, *uniuersitas* iniquitatis, vulgata explicat; vetustior latina, *seculi* (κοσμος) iniquitatis; *Syra*, et mundus peccati *est instar siluae* et sic recentiores. *Erasmus* et *Beza*: mundus, congeries omnium vitiorum. Sed etsi multis hoc satis placere videtur, tamen non possum a me impetrare, vt consentiam. Nec enim comparatio est satis commoda, linguam dici vniuersitatem iniquitatis, cum nec ipse mundus sic describi possit, congeries iniquitatis, quia et theatrum bonarum rerum complectitur; nec vsus nominis κοσμος vmquam sic occurrat. Vtus autem est *Petrus*, 1 Epist. 3, 3. hoc nomine pro ornatu, et *Sirac.* 6, 30. κοσμον χρυσεον dixit. Est autem facillima expositio graecorum scriptorum, κοσμος τὴν ἀδικίαν, res male gestas aut pessimas studiofissime defendit atque exornat. Tum vero qualis est ista sententia *Bezae*, vniuersitas iniquitatis *lingua*, *constituitur* in membris nostris; i. e. lingua collocata est inter membra nostra, vt omnis iniquitatis quaedam vniuersitas! Quis sine offensione hoc legat? Vtrumque vero aptissime dicitur; lingua nocet instar ignis, damna ingentia fuscitat; atque praeterea defendit et ornat has easdem res pessimas.

ἔτιω5. Abest adhuc ab alexandr. et Wetstenii codice 27. seu *Conelli* 4. qui hic clare differt a
Ge-

Genevensi. Abest etiam a *vulgato*. Nolim vero dicere, abesse etiam a *Syra* vulgata; *inest* potius hic initium glossae, ὡς ὕλη, quod porro alii graeci explent, ἔτιως, scil. ἐχρη. Nempe porro explendum est, tamquam ignis siluam, sic lingua omnia nostra membra incendit.

καθίσταται ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν, non intelligo simpliciter, vt plerique omnes interpretes. Bene iam *Bensonius* ab illustri Michaelis translatus: illud in nostris membris muneris habet lingua, quod ignis in materiam immisus. Sic debebat illud ἔτιως explicari et iungi: similiter ἡ γλωσσα, ὡς πῦρ, καθίσταται — scilicet, isto hominum vitio; non *constituta est*, sed tamquam ignis in membris nostris grassatur. Conf. cap. 4, 1. ἡδονὰν στρατευομένην ἐν τοῖς μέλεσιν, est rei eiusdem descriptio. σπιλῆσα ὅλον τὸ σῶμα. ex Hebr. 12, 15. iam alii contulerunt verbum *μιαίνεσθαι*, quasi pestifera contagione; etiam Matth. 15, 11. 18. 19. κοῖνοι hominem, sed poterant adhuc luculentius illustrare. Videtur enim *Iacobus* illam sententiam Christi ad istam historiam prauorum Christianorum accommodare. *Ex ore hominis* procedit, est idem ac, *lingua* hominis tamquam ignis incendit totum corpus. At quod homines linguae abusu efficiunt, ex animo impuro oritur; ergo, Φονοί, μοιχεύει, πορνεία, κλοπαί, ψευδομαρτυρίαι, βλασφημίαι, omnia improbe facta, hominem polluant. Sicut ibi Christus negat, regulas Iudaicas de rebus, sine hominis animo, minime impuris: ita videtur *Iacobus* istos ex Iudaeis hic reprehendere, qui et gentes ceteras et multas res alias, ipsas iam impuras esse falso tenebant, ipsi tamen a tot vitiis et voluptatum prauis studiis minime abhorrentes. Iam vero *rei* explicatio superest, quomodo *Iacobus*

bus *linguae* tribuit istam corporis et membrorum foeditatem? Nempe *falsis doctoribus* istam linguae malignitatem et ingentem turpitudinem tribuit, qua isti polluebantur, qui se tamen Christianos nominabant. Sic res est eadem, quae Hebr. 12. describitur, polluebantur, per tales doctores, multi Christiani. Simillime Petrus, 2 Epist. c. 2, 10. describit homines ἐν ἐπιθυμιας μiasμῳ ἐπίσω σαρκὸς πορευόμενους, v. 13. σπιλάς καὶ μωμῆς etc. v. 20. tales, qui antea effugerant iam τὰ μiasμῶν τὰ κοσμοῦ, quos canibus et suis comparat, v. 22. Hinc satis patet, describi a *Iacobo* homines eosdem, qui castam doctrinam abiecerant, et *falsi* doctores iam multorum imperitorum esse iustinebant.

Φλογίζουσα τροχὸν τῆς γενεσέως. Equidem arbitror describi impurae Veneris, quae sine Cere et Baccho friget, consuetudinem et exitium, loco iustorum connubiorum et probi usus ciborum et potus. Sic Petrus, qui, ut nemo negare potest, *Iacobi* Epistolam vidit, 1 Epist. 4, 3. describit χρόνον τὰ βίη (τροχὸν γενεσέως) peractum in ἀσελγείαις, ἐπιθυμίαις, οἰνοφλυγίαις, κωμοῖς, ποτοῖς, v. 4. ἀσωτίας ἀναχυσίν nominat. Iam *lingua* talium doctorum, qui promittunt voluptatum omnium libertatem, inflammant omnem cursum γενεσέως, (cap. 1, 23. dixerat προσώπων γενεσέως) *naturae*, quae *inest humano corpori*; ut nullum modum amplius obferret, sed praeceps in omnes voluptates ruat. Ut dixit apud *Worstenium* Plutarchus τῆς γενεσέως ποταμὸν, (generationem ex auis, patribus etc.) qui semper fluit, nunquam sistitur; plane sic τροχὸς γενεσέως designare potest, ordinem generandi. Sic *Simplicius* dixit γενεσέως κύκλον, circulus, quo res pereunt et oriuntur. Istum

Istum moderatum et iustum ordinem humanae naturae tales homines quasi incendunt, quod praecipitem et immoderatum naturae corporeae usum describit, simul et acceleratam eius destructionem. Hac ratione puto sensum phraseos esse clarissimum; itaque plane abstineo a repetendis aliorum explicationibus, quas inter nullam inveni, quae vel paulo propius accederet, ad hanc, quam hic attuli. *Ita* saepe comparatur igni, Sirac. 29, 8. homo iracundus, *ἐκκαυσὶ μάχην*, sic et voluptas, Sirac. 23, 16. *πορνὸς ἔμὴ παύσεται, ἕως ἂν ἐκκαύσῃ πύρ — ἕως ἂν τελευτήσῃ*. Ceterum ineptissima est lectio quorundam codicum, iam tempore *Cyilli*, cuius et *Oecumenius* fecit mentionem, *τροχὸν τῆς Γεέννης*. Oculorum vitio librarius aliquis falso hoc nomen iam hic scripsit; quod mirum est graecos interpretes non correxisse.

καὶ φλογιζομένη ὑπὸ τῆς γεέννης, ipsa inflammata atque inflammanda olim a gehenna; ut *Syriace* legimus, et ardebit etiam ipsa in igne; ut sic talibus doctoribus denuntiatur maximum exitium, loco deliciarum et voluptatum in regno nouo Christi terrestri. Ipsum vero nomen *Gehennae* indicat, agi de Iudaizantibus impostoribus aut fanaticis; nec enim aliis gentibus et lectoribus notum fuit hoc nomen. Pertinet certe ad noua incrementa iudaicae serioris theologiae; ignotum per ea tempora veteris testamenti, ut iam notauit *Hieronymus*; licet is non admoneat, tales imagines et picturas iudaicas plane deleri et euanescere, salua ipsa re, apud christianos lectores. Exitium portendi, confirmat 2 Petri 2, 17. qui loco *Gehennae* dicit *ὁ ὄρθος τὰ σκοτὰς* illis instat; idem dixit Iudas v. 13.

v. 7. Nec ultra modum, aut iusto vehementius ita inueho in linguae malignitatem pestiferam; omnis enim, quantumuis pestifera aut exitiosa natura omnium ferarum super terra, auium in aere, serpentium, marinarumque belluarum, domari potest aut iam domita est ab hominibus, qui feliciter sollertiam et studium sic adhibent, vt vñibus suis inferuire vel animalia cogant.

v. 7. *παντα γαρ Φυσις* etc. Ingens haec descriptio ostendit, ingentes res, atque atrocissimas designari ab Apostolo, quas tales homines linguae continuis maleficiis efficiant et effecturi sint; quos vel sua auctoritate corrigi posse fere desperat; vt Paulus tales describit, et doctrinae istorum gangraenae instar tribuit, 2 Tim. 2, 16; conueniunt et isti cap. 3. eiusdem epistolae, v. 2-8. et 1 Tim. 6, 3. 4. simillimae sunt descriptiones pestiferorum hominum, licet ista historia ecclesiastica, tenebris aut umbra et nebulis quasi inobluat istam fanaticorum et impostorum seriem. Fatetur et Petrus, corrigi tales non posse, 2 Petri 2, 12. 13.

θηριων — εναντιων, *Erasmus* bene explicat in paraphrasi: nulla fera est tam fera; nulla est auis tam immanis; nullus serpens tam pestilens; nulla maris bellua tam immitis, quin hominum ingenio beneficiisque mansuescat. Cicurantur leones; mansuescunt tigrides ac dracones; seruiunt etiam elephanti; subiguntur et crocodili, mitescunt aspidēs; redduntur familiares aquilae et vultures, ad amicitiam alliciuntur delphini — Obseruabimus praeterea nomen *Φυσις*, quod hic bis occurrit, sic vsurpari, vt *adultiores* intelligantur ferae, aues, serpentes etc. quia temporis demum iusto intervallo ista fortitudo aut violentia,

tia, quae hic domari dicitur; spectari solet. Sed in ista controuersia de peccato originali tractum est a latinis hoc nomen ad infantes, vel nondum a matre editos; quod minime conuenit cum graeco nominis usu, nec cum librorum noui foederis consuetudine, quae religionis christianae praecepta praeit hominibus alicuius aetatis, non infantibus aut embryonibus, quibus status physicus tantum tribuitur, non vero etiam moralis.

v. 8. Linguam vero talem nulla ars aut ratio humana compescere potest; atrox malum, sed coerceri iam non potest; adeo plena quasi est, veneno mortifero.

v. 8. τὴν δὲ γλῶσσαν, scil. talium hominum, de quibus iam agit haec epistola; non loquitur de omnibus hominibus; igitur et Petrus hoc praecipit, si quis felicitatem suam optet, παύσατω τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ. *Istorum* vero hominum atrocissima maledicentia (in romanos magistratus, 2 Petri 2, 10. Iudae v. 8.) nec ab Apostolis compesci potuit, quia sanam doctrinam vitro abiecerant. Vel Apostolis hi detrahebant. Aliorum interpretationes non affero, quia mihi non probantur. *Augustini* sedulitas vix ferri potest.

ἀκατασχέτον κακόν. Iam antiqua est alia leſtio, ἀκαταξάτον, quod nomen *Hermas* adhibet in re simillima lib. 2. mand. 2. o quantum mala est καταλαλία, ἀκαταξάτον δαιμονιον, μηδε ποτε εἰρηνεύον, ἀλλὰ παντοτε ἐν διχομασιαῖς κατοικῶν. Nempe et hi prauī doctores seiunxerant, se ab Apostolis, et iudaicis fabulis multos peruerterant lucri sui causa. Itaque Petrus iubet, subesse magistratui cuicumque, et praesta-

re vnumquemque, quod debet aliis hominibus,
1 Epist. 2, 12. seqq.

μεση ἰς θανάτηφορᾶ, linguae suae quasi veneno inficiunt auditores; a serpentibus omnino desumpta est phrasis; sic iam in Psalmis 14, 3. linguis suis ἐδόλισσαν, ἰος ἀσπιδῶν sub labiis ipsorum; et copiosius Psalm. 140, 3. et alibi. Intelligi similiter potest, tam de studio detrahendi apostolis, quam de sparsis feminibus rebellionum.

v. 9. Nempe hac eadem lingua (nos doctores) publice vimur ad collaudandum Deum et communem patrem; sed et eadem abutimur ad infestam execrationem aliorum hominum, qui tamen omnes conditi sunt ad similitudinem Dei!

v. 9. ἐν αὐτῇ εὐλογοῦμεν. Ego, vt pugnare nolim, maneo tamen in ea sententia, describi ipsos istos *doctores*, non vero alios christianos, quorum istud linguae maleficio non fuit, qui potius corrumpebantur falsis doctrinis. Publicas preces praeibant antistites sacrorum, vt certo constat ex 1 Cor. 10, 10. ποτηριον, ὃ εὐλογοῦμεν etc. Fuerunt igitur funesta sacra talium doctorum; Paulus iubet preces fundere *pro omnibus* hominibus, imperatore etc. hi vero, inter publicas Dei laudes, etiam execrationes et tristia omnia praeibant in Romanos. Insunt enim variis partibus librorum hebraicorum tales voces indignantium et gentibus male precantium; vt Psalm. 137. et alibi, effunde iram tuam in gentes etc. cuius generis elogia istae christianae mulieres vel *Iuliani* in publicum opprobrium cantillabant; haud sane ex auctoritate Apostolica. Sed istum *Φεγγυμον* Christus iam luculenter perruperat, vt subla-

to

to' i'to discrimine, vnus Dei religio arctius iungeret omnes homines, hanc κοινότητα Dei Apostoli omnes porro commendarunt. Sed isti Iudaizantes non consentiebant in hanc vnitatem populorum; falsi interpretes regni Messiae, post gentes mille exitiis deletas. καταραν nominat Iacobus; quod est sacrum et sollemne nomen, quod vix, vt equidem arbitror, cadit in Christianos, qui humanis ex causis odio se inuicem prosequuntur.

τες άνθρωποις, scil. άλλες, qui non sunt in nostra societate sacra: gentes. Ipsa iam ratio, qui tamen omnes ad similitudinem Dei conditi sunt, (vt hi ex Iudaeis non ignorabant; sic enim Genesis descripsit;) videtur hoc confirmare, Iacobum non loqui de Christianorum odiis in alios Christianos; aliter vsus esset argumentis istis, vna πῖς, vnum baptisma, vt Paulus Eph. 4. Non repetemus hic theologica certamina de imagine Dei, seculis suis conuenientia, sine vituperio, licet non continuanda ad omnem aetatem. Illud autem obseruare non piget, Iacobum forte respicere ad istam Φύσεως humanae dignitatem, quae Dei quasi instar, sine discrimine gentium, vbiqua domare potest omnia animalia, et sic aeri quasi aquae et terrae imperare solet. Iam cum per omnes terrae partes inueniantur homines et gentes, dominantes piscibus, auibus, et terrae animalibus, nulla hac in re Iudaeis inferiores: sequitur, vt eosdem homines, quibus Deus, communis parens, aequalia iura attribuit, etiam Christiani eodem in loco fratrum habeant; falsa igitur est ista religio, quae Deo praecipue gratum se facere putat, quod alios homines sacro odio prosequitur, et diris quasi sacris deuouet. Hoc fundamentum Christianismi isti Iudasζαντες

falsis oraculis, somniis et prophetiis euersum ibant. *σεσαφισμενις μυθς* nominat Petrus, 2 Epistol. 1, 16. sed negat se tales approbasse; *veram* enim Christi *gloriam* caelestem se satis scire.

v. 10. Igitur ex eodem adeo ore procedit laudatio Dei, et execratio aliorum hominum, quos Deus pariter condidit! Minime sane convenit, fratres mei, talia, tam atrocia, tam turpia, inter vos publice et palam locum habere!

v. 10. *ἐκ τῆ αὐτῆς σωματος*. Simillimas sententias Platonis et Philonis attulit *Wetstenius* ad v. 9. Feliciter redeo in memoriam *Testamenti* Benjamin, num. 6. Bona mens non habet *δυο γλωσσας, εὐλογίας καὶ καταρας*. Agam copiosius alibi, de insigni convenientia horum 12 Testamentorum cum variis locis Epistolarum *canonicarum*. Nempe Deum laudare, et execrari homines, quos Deus eiusdem terrae incolae esse iussit, et frui iisdem beneficiis; maxime est absurdum. Obseruemus et hic, ut fit in sermonibus Christi atque Apostolorum alibi, confirmari sanae rationis iudicium, quo vel conscientiae vis et ius nititur. Falsae scilicet sunt Iudaizantium ideae, de gentibus impuris et Deo nimium exosis; sunt potius et gentes a Deo similiter conditae, ut Iudaei; plane ut Paulus Aetor. 17, 26. Deus ipse *ἐποίησε* — ex vno homine omnes gentes per uniuersum terrarum orbem oriri. Impendit etiam cunctis hominibus beneficia aequalia ad vitam humanam, caeli, pluviae etc. Iam ineptissima est atque absurda religio, eosdem homines, qui Deum laudant, ob beneficia, a Deo mala omnia precari aduersus alias gentes, quibus Deus quotidie solis et pluviae etc. beneficia impertit.

In-

Intellexit iam *Bensonius* non incommode haec posse intelligi, de *doctoribus* separatarum partium; atque monuit, tum multum accedere ad acerbitatem reprehensionis. Hic facillime quidem plerique omnes hodie indignatione aut sanis adeo excipiunt istas stoliditates sacras, quas *Bulla* ista in *coena Domini* olim, sacra in pompa et magnifice, publice prae se tulit; siquidem istis omnibus haereticis, aut a romana illa societate alienis, numquam aut somnus periit, aut edendi bibendique voluptas; itaque stultissima fuit ista omnis caerimonia. Sed et porro opus est, nostros etiam hac tam graui oratione salubriter uti, ad abiiciendum Zelum istorum, qui sententiarum dogmaticarum auctoritatem seueris omnibus et decretis vehementibus aduersus omnes illos faciunt, qui sunt alieni, non a christiana mente, sed a singulari dialecto ecclesiastica!

ἐγὼ χρεῖ ταῦτα — ἐγὼ γινώσκω. Ego quidem non dubito hanc orationem ita intelligere, quod conuersa sit ad societatum per varias vrbes statores, qui erant ex Iudaizantibus, atque vel sacris publicis ista odia in Romanos ingerebant, vltro alieni a doctrina Pauli et Apostolorum, Petri, Iudae, Iacobi, Ioannis, ut patet ex Epistolis. Ipsum initium capitis loquitur de διδασκαλοῖς, quod *multi* ausi essent hanc provinciam arripere; v. 13. etiam designat homines, qui σοφίαν et ἐπιστήμην sibi tribuerent; sed hoc non conuenit in populum, quem potius tales duces et impostores his artificiis publici Zeli, a communione Apostolorum seiunctum ibant.

v. II. Num in vniuersa ista rerum natura tale monstrum inuenire licet? Aquae e. c. fons

num ullibi reperitur, qui ex eodem foramine aquam et dulcem ferat et amaram salsamque?

V. 11. *μητις ἡ πηγή* — similitudo est facillima; desumpta est autem a notissimis rebus, non a paucis et rarioribus; quibus tamen ipsis noua inest causa, cur discedat ab aliis fontibus, dulcemque et amaram aquam videatur fons vnicus emittere. *ἐν τῇ αὐτῇ ὁπῃ* accuratissime dictum est, ut iam monuit illustris *Michaelis*; quasi non ignorauerit, esse *fontes*, e quibus aqua diuersae indolis prodeat; ex eodem tamen foramine utraque vena non simul prodit. Vere et *Bensonius* hoc admonuit, aquam *amaram* admonuisse lectores, qui ex Iudaeis erant, de *maledictione* per aquam amaram, Numer. 3, 19. quod conuenit cum *κατὰ* et *εὐλογία* ex vno ore. Ceterum non opus est, verbosius hic excusare et defendere, prouinciam doctorum, qui iure corripiant et reprehendant alios, qui non obseruent christianae vitae regulas. Facile enim patet, hoc aliud omnino esse, quam *καταρτίζουσαι* homines, ex stolido religionis suae Zelo.

V. 12. An fieri potest, fratres mei, ut ficus, cuius est dulcis natura, producat amaras oleas? Num vitis eadem fructum suum atque simul ficus profert? Nec sane, qui semel salsam aquam emitit fons, potest dulcem proferre.

V. 12. *μη δυναται συνῆ ἐλαιας*, — dixit et *Seneca*, non nascitur ex malo bonum; non magis, quam ex *ficu olea*. Atque *Arrianus* in *Epict.* non potest non *ἀμπελος ἀμπελινως* moueri, minime vero potest *ἐλαϊως*, nec *ἐλαια* potest *ἀμπελινως* moueri. Dixit et *Plutarchus*, nec *ἀμπελον*

συνο

συνα φεγεν, nec την ελαιαν βοτρυς. Vid. Wetsten. Talia videntur prouerbiorum loco fuisse, vt Matth. 7, 16. itaque et vulgata scribit hic, ficus *uvas*; cum antiquior legat, vt graeci *olinas*. Nisi putemus librariorum vitio illud *uvas* deberi; quod fere existimauiem, loco *olinas*. Res autem est, fructum arboris et plantae semper respondere *naturae*. Iam occupat Apostolus, esse Christianos *alius spiritus filios*, quam Iudaeos; hos quidem solere ceteras gentes fastu quasi sacro malis ominibus prosequi; christianae vero religionis amatores alius esse indolis, et scire, Deum minime tantum Iudaeorum esse Deum, sed per Christum coniunctum ire omnes homines, in nouis studiis religionis vniuersalis.

ετως εδεμια πηγη αλυκον, ita suo tempore *Beza* scripsit *omnes graecos* libros legere, ideoque se non audere contra istorum fidem aliquid mutare, ex sola, quantumuis probabili coniectura. Intellexit certe, vulgatam graecam minus recte habere. Iam vero scimus esse codices, a quibus *adhuc absunt* nostra graeca scriptura. Sic *alex.* et *C.* antiqui satis, legunt, ετε αλυκον και γλυκυ, quae est satis simplex scriptura, atque haud dubie aliis prior. Porro alii iam *auctiores* codices *addunt*, ετως εδε αλυκον etc. sic tres graeci, non contemnendi, sic *vulgata*, *syracopta*, quam scripturam approbarunt plerique eruditi viri, quibus accessit etiam Ill. *Michaelis*. Ista vero vulgata graeca, ετως εδεμια πηγη, licet multorum codicum, tempore tamen est multo serior, (vix scil. ante *Theophylactum* et *Oecumenium*, qui eam solam afferunt;) et ingenio inferior. Est igitur glossa, quia constructio videbatur hiulca. Ceterum bene *Bensonius* hic sensum explet: Nullo modo *doctior et praefes ecclesiae*,

fac Christi haberi debet, qui linguae non temperat; bene inquam; sed praeterea addiderim, qui a romanis magistratibus homines auerit. Liceat autem vel paucis significare, videri omnino operae pretium, ut eruditi diligentius obseruent de hac re; annon quaedam quali *disciplina arcani* locum habuerit inde ab ipso tempore Apostolorum. Facile intelligent lectores, me non ignorare istam non obscuram aut raram disputationem, quam vel nuper *Tenzelius* et *Schellstratenius* agitarunt; ego vero veritatem historicam maxime requiro. Non deerit forte et mihi aliquis alius locus excutiendae huius causae; sed me non piget, eruditis pluribus habendam hanc quaestionem publice commendare.

V. 13. Iam spero me luculenter demonstrasse, eximiam requiri cognitionem et scientiam, in eo, qui docendi prouinciam rite administret; quis igitur est inter vos ista doctrina et cognitione iusta praeditus? Hic vero debet et vniuersae vitae, quae inter non Iudaeos spectatur, laudabili ratione commendatus esse, et animi ista tranquillitate, quae probis consiliis regitur; haec sunt opera et documenta digni doctoris. Ad haec attendite, et comparate istos, qui talem locum vltro sibi designant.

V. 13. *τις σοφός καὶ ἐπισήμων*; Haec oratio mihi quidem manifeste videtur tantum pertinere ad eos, qui doctorum ministrorumque prouinciam vltro arripuerant, atque in plures quasi societates seiunxerant christianae religionis cultores; de qua re multo clariora exstant documenta in Epistolis Petri, Iudae, et Ioannis prima; qui Ioan-
nes

nes palam dicit, multa πνευματα seu doctores et promissores exiisse, qui tamen non sint ex partibus Apostolorum. Quod ad *lectionis* discrimen attinet, non dubito istos codices praeferre, qui legunt, σοφος καὶ ἐπίς. — omisso τις. Sunt enim et alii codices, qui auctius legunt εἰ τις σοφος etc. tres numero apud Wettstenium; ex vno aut altero excusa lectio sic habet in edit. *complut.* plantin. (tam tomo 5. corporis polyglotti, quam in edit. N. T. 1583. fol.) Genevensi. Ex istis 3 codicib. vnus, septimus, est *stephani* decimus; 32 est *Laudianus*, quem fere sequitur *Complutensis*; 43 *Caesareus*. *Beza* iam annotauit: quidam codices legunt εἰ τις, ille igitur *stephani* istam et *Complutensem* sic citauit. Ista lectio vulgata graeca, τις σοφος, iam exstat in *Oecumenio* et *Theophylacto*. Igitur nec τις nec εἰ τις est antiqua lectio. Nec ego istud ἐν ὑμῖν approbo; in *Syra* enim loco alio, non hoc demum, legitur ex vobis; vtrumque est additum.

δειξατω ἐκ τῆς καλῆς ἀναστροφῆς. Hoc sane experimentum et documentum iustae facultatis, est longe certissimum. Intelligitur autem facilis et mitis consuetudo inter gentes et cum gentibus; loco πρότερας ἀναστροφῆς, iudaicae, Gal. 1, 13. Ephes. 4, 22. sicut et Petrus, prima Epist. v. 12. hortatur, μη συσχηματίζεσθαι ταῖς πρότερον ἐπιθυμίαις, sed ita ἀναστρέφεσθαι τὸν τῆς πατρικῆς χρόνον (ἐν διασπορᾷ,) vti dignum est Deo, omnium patre, qui ἀπρόσωποληπτως iudicabit; ergo sublato discrimine gentium. Idem Petrus v. 18. nominat, ματαίαν ἀναστροφὴν, πατροπαράδοτον illam, e qua Christus sanguine suo impenso redemptos velit. Clarissime autem ipse Petrus confirmat hunc sensum, cap. 2. eiusdem primae Epistolae, v. 12. ἐν τοῖς ἔθνεσιν ipse ad.

adiungens ad καὴν ἀναστροφὴν, vt cesset tandem ista reprehensio, Iudaeos et Iudaizantes, comparatos ad vitam et societatem humanam, esse κακοποιούς. Iam porro illustrat, ὑποταγῆτε ἐν omnibus magistratibus romanis etc. Haec si quis comparet paulo diligentius, perspiciet, hos christianos alienatos interea fuisse a Romanis; falsa opinione deceptos, de regno Christi; cuius falsae opinionis auctores utique fuerunt huiusmodi doctores, αὐτοδιδάκτοι, dissentientes a doctrina Apostolorum. Hanc accuratorem explicationem plerique interpretes non attulerunt; ne *Bensonius* quidem; mitissimam tamen lucem haec declaratio secum fert; et rem omnem facillime nobis describit. Aversatio Iudaeorum studiosiorum, quae gentes ceteras a se vltro seiungebant, tanta fuit, vt iam tempore Christi inueniamus semina rebellionis; rogabant quidam, num Christus arbitretur, iure Iudaeos subesse Romanis; ceteram perpetuam indignationem, zelotarum praecipue, Iosephus satis luculenter depinxit. Iam isti imperitiores Christiani facillime obsequebantur talibus vaticiniis et declamationibus multorum, qui hac ratione lucrum ab imperitis comparabant, Iud. v. 16. ἐλευθερίαν promittentes, 2 Petri 2, 19. Atqui effugerant iam, apostolicae verae doctrinae auditores, hos ἐν πλάνῃ ἀναστρεφόμενους.

τὰ ἔργα αὐτῶν, diligentiae et operae suae fructus. Nempe, istis tam prauis pollicitationibus et vaticiniis corruperant multos, vt ἀσελγείαις sese darent, seiuncti iam et scissi in varia studia; euangelica vero doctrina longe alios fructus inter homines disseminare solet. Meminerimus hic grauissimi sermonis, quem Christus habuit, cum portenderet Iudaeis tam pestiferos corrupti Iudaismi fructus. Coniungere, congregare voluit
tuos

tuos filios; scilicet cum Romanis et aliis gentibus, per meam doctrinam, utrisque pariter frugiferam et salubrem; sed nolulistis vos *hæc regnum Dei* verum, et Deo dignum; itaque transferetur ad gentes.

ἐν πραύτητι σοφίας, consentiunt interpretes in Hebraismo, in sapientia (*doctrinae* modus) *leni*, pacata; opponitur, (Beza) arrogantibus illis et temerariis iudiciis; conferenda est Petri sententia, 1 Epist. 3, 15. paratos esse iubens ad reddendam rationem quicumque eam poscat, sed μεταπραυτητος καὶ Φεβε, sic locum non habere posse vituperia, si sit αγαθη ἐν χριστῷ ἀναστροφῇ, v. 16. Atqui hic Iacobus rem eandem describit; cum commendatur καλὴ ἀναστροφή (ἐν χριστῷ Christianorum, si nihil agatur religionis proferendae causa, ἐργα) sine sapientia et lenitate. Haec autem σοφία est doctoris descriptio; *doctrinae* modus. ἐργον saepe Paulus usurpat de studio ministri publici; vt 1 Cor. 3. et alibi. Maximum exemplum talis doctoris praeiuit Christus Matth. 11, 29. πραὸς εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, erga omnes homines.

v. 14. Si vero, vt hic ibi res habuit, acerba contentio et inuidia animos inuasit, et alius alii impotenter detrahit: nonne hoc ipsum priuatae victoriae et contradicendi studium publicum, christianae religioni ipsi detrimentum affert?

v. 14. εἰ δὲ ζήλον πικρὸν ἔχετε. Iam describit statum *historicum* talium doctorum, qui minime ipsi erant πραοὶ et ταπεινοὶ τῇ καρδίᾳ, sed elati, inuidiae in alios doctores pleni, iniqui semper in alios arbitri, qui vel aliquid gentibus concede-

derent. Sic iam Paulus querebatur Philip. 1, 15. esse doctores, (fratres in Christo, in ministerio doctrinae) qui διὰ Φθονος καὶ ἐρι religionis doctrinam promotum eant, ἐξ ἐριθείας, ἐχ' ἁγίως, vt Paulo hac ratione aegre faciant. Idem 1 Tim. 6, 3. 4. describit ἐτεροδιδασκαλῶντας, qui vltro nolunt consentire cum Paulo; vnde oriatur Φθονος, ἐρις — tales sic quaerere lucrum ex ministerio; conueniunt et admonitiones *Petri*, 1 Epist. 5, 2. 3. non αἰσχροκερδῶς, non κατακυριεύοντες — et 2 Epist. 2, 13. 14. πικρὸς praecipue ad Iudaizantes pertinet, qui auito quodam studio legum et caerimoniarum impellebantur; itaque isti Christiani, quos *Ebionitas* dicunt, et *Cerinthiani*, *Pauli* famam dirissime lacerarunt; haud dubie igitur et hi Iudaizantes omni modo se extulerunt et praetulerunt Paulo et discipulis Pauli; sicut scimus vel *Corinthis* fuisse, qui Paulo detraherent; fuisse in *Galatia*, in *Macedonia* etc. Facile igitur est ad credendum, *Iacobum*, *Petrum*, *Iudam*, *Ioannem* dedisse communem hanc operam, vt compefcerent istos duriores et improbiores doctores, qui abirent ab Apostolorum decretis.

μη κατακυριασθῆ — minor est illa quaestio, quod non pauci codices legunt κυριασθῆ, quam ista altera, de explicatione sententiae grammatica. *Nolite*, retinuit etiam *Beza*, post vulgatum interpretem; etiam *Bensonius*, optime sic latine loquens: — *nolite* sapientiam et veritatis iactare cognitionem. Sed illud *nolite* vix mihi placet. Ecquae enim inest vis orationi: si zelo et inuidia pleni estis, si alios per contentionem superare studetis: *nolite* gloriari, et mendaces esse aduersus veritatem? Istud enim prius locum plane habere non potest, quin simul adsit hoc alterum. Super-

Supereſt aliquod veſtigium *alius leſionis* in anti-
quiſſima latina apud *Martianaeum*, quae hanc
partem latine ſic efferit: ſi autem zelum amarum
habetis et contentionem in praecordiis veſtris,
quid alapamini mentientes contra veritatem? Quaſi
in graeco fuerit, *τι καυχᾶσθε ψευδόντες* —
cuius leſionis non ſupereſt in graecis codicibus
noſtris aliquod indicium. Atque vt vel paucis
etiam illuſtrems iſtud *alapamini*, vix dubitabam,
eſſe *vicium librarii*, qui forte ſcribere debuit, *al-*
tabamini; ſed iſto ſordido aevo notius fuit ver-
bum, *alapamini*; et ſunt talia *ιδιωτικά*. Gloſſar.
certe *Philoxeni*: *alapator*, *καυχητης*. Sic et
graeco ordine, *καυχητης*, *alapator*. Forte, quia
iactabundus enumeret, quot alas iam inſiſſerit,
aut ſtatim inſligere auſit. Res autem ipſa eſt
ſimillima 1 Cor. 5, 2. vos autem adhuc *inſati*
eſtis; — itaque et hic efferrem per interrogatio-
nem, (ſine *μη*, quia latinus *condum* habuit;) vos
tamen gloriamini, et vltro aduerſus veram
et perfectiorem doctrinam mendaces eſſe audetis?
Si tamen, quis malit retinere illud *μη*, etiam in-
terrogando explicare licet, *num* adhuc gloriari
et falſo prae vobis ferre audetis, vos veram Apo-
ſtolorum doctrinam prodere?

καὶ ψευδεῶς κατὰ τῆς ἀληθείας. III. *Mi-*
chaelis mentem Apoſtoli accuratius ſic deſcriben-
dam eſſe ſtatuit, — videte, ne ſeruore diſputan-
di abrepti *veritatem*, non errorem, acerbiffime
oppugnetis — — atque illuſtrat, rem eſſe Iaco-
bo cum contentioſo Iudaeo; vim et emphafin eſ-
ſe: ſi quis impatientior diſputator, non diſſerit
modo, ſed et aduerſarii ſententiam tamquam ridi-
culam proculcat, ac de certa gloriatur victoria etc.
Sed nobis aliter videtur; iſti Iudaizantes veram,
perfectiorem religionis, quae ſit omnibus homi-
nibus

nibus communis, doctrinam vltro abiiciebant; contradicebant Paulo et aliis Apostolis; obstinato iam animo in hoc proposito manebant, nihil salutis et beneficii a Christo redundare ad gentes; male Paulum admittere etiam non circumcisos. Hi ipsi publice hoc prae se ferebant; laudis loco iactabant hoc contradicendi studium; itaque et ceteri Apostoli his hominibus se opponunt. Talibus et Petrus tribuit σοσφισμενος μυθας, 2 Epistola 1, 16. et c. 2, 15. *reliquerunt την ευθειαν οδον*, et v. 21. *παράδοθειςαν* scil. ab Apostolis *αγιαν εντολην*. Hic est λογος αληθειας, cap. 1, 18; hortatur igitur v. 21. vt deposita ista doctorum persona, discant atque accipiant ενπραυτητι hanc doctrinam atque ipso vitae alio genere et modo eam ad alios commendent etc.

v. 15. Haec tam pestifera hominum pervertendorum facultas haud sane est illa doctrina, quae a Deo descendit, hominum communi et certo bono; sed terrenis consiliis ducitur; atque sensuum subest imperio, et daemonum quasi ingenium imitatur, promotis et auctis hominum malis.

v. 15. — σοφια ανωθεν κατερχομενη, i. quae debetur spiritui sancto. Hoc nomen σοφια intelligo de facultate et consuetudine publice docendi, σοφια διδασκαλων; minime vero de priuatae vitae vitiis aut institutis. Historicum est illud, fuisse tales doctores istis in vrbibus, qui suam omnem facultatem opponebant apostolicis aliis viris et ministris. Sic υπεροχην λογος και σοφιας Paulus negat sibi inesse, aut eius se speciem praetulisse; similiter v. 4. nominat, ανθρωπινης σοφιας λογος, v. 5. σοφian αθρωπων, v. 13. ανθρω-

θεωπινην, cui opponit σοφίαν θεζ. Idem ibid. cap. 3, 18. nominat σοφον ἐν τῷ αἰῶνι τε-
τῷ, profecto doctorem; et Pauli σοφίαν laudat
Petrus 2 Epist. 3. Est igitur σοφία, ἐπισήμη
(v. 13. in concreto) in talibus doctoribus; iu-
daica docendi facultas et exercitatio, vt Hesychius:
πασαν τεχνὴν σοφίαν ἐλεγον. Ergo σοφία
ρητορῶν, fuit σχολή περὶ τὴν τεχνὴν ρητορι-
κὴν. Sic Paulus philosophiam et ἀπάτην, κατὰ
τὴν παραδοσιν reprehendit Coloss. 2, 8. et v. 4.
admonet de πιθανολογίᾳ cauenda. Ista theolo-
gia et theoria Iudaizantium est hic σοφία. ἀνω-
θεν, non a Deo, non a spiritu sancto.

ἐπιγίνομαι, obiectum quasi describit; istud do-
ctrinae genus tantum promittit terrestrium rerum
conuerſionem. ψυχικῇ, instrumentum quasi et
modus, quo ad persuadendum vitur, sensus
hominum impellit; voluptatem corpori promit-
tit; occisis, deletis gentibus mille per annos.
δαμονιωδῆς, aliorum hominum perniciem, dae-
monum more, meditatur et adiuuat. Iudae epi-
stola describit hos homines spiritu carentes, v. 19.
sic explicat ψυχικῆς. Dixerat et Paulus ψυχι-
κῆς; σαρκικῆς, 1 Cor. 2. et 3. Vix dubito, re-
spici ad istud argumentum libri Henochi, quod
describat daemonum, angelorum malorum εὐ-
ρηματα, quae homines suo ipsorum malo ad-
discebant. Tales fructus pestiferos peruenire ex
hoc doctrinae genere, ex hac σοφίᾳ. Nempe,
odium in alios homines non Iudaeos, simile, ac
tribuitur daemonibus et diabolo. Comparauerat
iam Christus Iudaismum talem ingenio diaboli,
Ioh. 8, 44. In Testamentis XII patriarcharum
daemon seu πνεῦμα singulis sceleribus eximiis et
flagitiis praeficitur; hic est auctor talis doctrinae;
vti Paulus nominat, 1 Tim. 4, 1. tales, apostatas

K 2

a vera

a vera doctrina, πνευματα πλανα et διδασκα-
 λιας δαιμονιων. Describit similes *doctores*, qui
 Christianos, επεγνωκοτας την αληθειαν (vt
 apud Iacobum v. 14. ψευδεσθε κατα της αλη-
 θειας;) horum vero impostorum doctrinam no-
 minat v. 7. βεβηλας και γερωδεις μυθας. Ad-
 uersus eandem σοφiam fallam Iacobus hic scribit.

v. 16. Si enim homines inuidia et conten-
 tione alii in alios flagrant, non potest aliter fie-
 ri, quam inter vos per hoc tempus fieri solet;
 summa regnat opinionum et morum inconstan-
 tia; factiones et dissidia vel cunctis vitiis apertis
 et turpibus locum faciunt.

v. 16. οπα γαρ ζηλος. Conueniunt fere ipsa Pauli
 verba, 1 Cor. 3, 3. οπα γαρ ζηλος και ερις etc.
 atque inde etiam explicatio commoda petenda est.
 In varias enim sectas et partes scissi fuerunt *Iudaizantes*,
 oppositi omnes apostolicis doctoribus et
 ecclesiis; detrahentes Paulo, Petro, Iacobo etc.
 Itaque et Paulus prophetas *subiectus* voluit pro-
 phetis, 1 Cor. 14, 32. 33. vt ειρηνη, non ανη-
 τασασια locum habeat; et *simillima* est illa sen-
 tentia 2 Cor. 12, 20. haud dubie aduersus tales
 Iudaizantes, ερεις, ζηλοι, θυμοι, εριθειαι, κα-
 ταλαλια, ψιθυρισμοι, Φυσιωσεις, ανατασα-
 σια; ordo, regula statim propositi et consilii
 omnino abest, de die in diem mutantur et homi-
 nes et instituta. Populi ingenium sic descripsit
Demosthenes, ασαθμητωτατον πραγμα των
 απαντων, ωσπερ εν θαλαττη πνευμα ανατα-
 σατον, ως αν τυχοι, κινημενον. Haec descri-
 ptio huc praecipue pertinet, atque haec vitia fa-
 cile ostendunt, tales Christianos abfuisse a vera
 ευσε-

εὐστρεβεία, quae felicitatem communem auget et promouet.

παν Φαυλον πραγμα, cuius generis apud vos non rara sunt documenta. Silentio quasi transit verbosiores descriptionem; quia hac ratione ista omnia complectitur vitia et flagitia, quae has per vrbes regnabant. Multa possunt colligi ad historicum statum Iudaizantium tam ex Epistolis Pauli, quam ex istis XII Testamentis, praecipue de ζήλω et Φθονῷ copiosae descriptiones.

v. 17. Sed longe alius ingenii est illa sapientia et doctrina, quae Deum auctorem habet; casta ipsa scilicet et pura, (carens priuatis consiliis;) porro pacifica, abhorrens a contentionibus; aequissima potius et modesta; facile cedens ei, qui meliora et utiliora doceat; benigna, lenis, misericors in lapsos; abundans fructibus optimis; aliena a studio partium; (non praeceps in damnando;) expers fuci et simulationis.

v. 17. ἀνωθεν σοφία, seu ἐπισήμη, doctrinae talis facultas, quae spiritum Dei habet auctorem. Nam de doctoribus agi, equidem satis certum.

ἀγνη, nullo studio propriae utilitatis inquinatur, aliena est a terrenarum rerum cupiditate; plena ipsa sensu communis Dei sancto. Itaque opponitur hoc vitiis istis, ἐπιγειος, ψυχικη. Non quaerit sua. Haec animi magnitudo praecipue vniuersae doctrinae religionis decet; documentum proprium similitudinis ad Deum in homine succrescentis.

εἰρημῶν, pacis in tanta societate tam variorum hominum, qui in vnam religionem colliguntur, studiosissima. Contrarium est daemonum ingenium, qui dissidia et rixas inter homines promovere dicebantur. Mirari licet, cum talia sint praecepta et exempla religionis catholicae, inde ab eius initiis, tamen ipsos doctores christianos plerosque tanto intervallo abfuisse ab hoc ingenio Christi et Apostolorum, ut, si ipsi daemones in societate docendi fuissent, maiora damna inferre et societati christianae et cetero humano generi vix potuisse videantur. Vnde vero est, quod tanta tot malorum moles Christianos ipsos tam diu opprimit? Clarissime Christus et Apostoli istum fontem communis pestis designarant, deest *doctoribus* ipsis hoc ingenium nouum, caelitus oriundum; itaque qualis est arbor, talis est fructus; a fructibus autem documenta repeti debebant certissima. Iam vero designarunt sibi plerique doctores *τοφίχην*, imaginem, formam religionis, *μορφωσιν τῆς εὐσεβείας*, a qua ipsorum animus fuit ipse alienus; haec forma cum iam mentes aliorum moueret atque impelleret, oriebantur sana iudicia et studia horum Christianorum, quae vitae etiam christianae modum eximium persuadebant. Hoc exemplum christianae virtutis, quod continua et acuta vituperia improbiorem doctorum secum ferret; pati hi non poterant; itaque intelligendi, quaerendi, disputandi de *doctrinis*, (extra hominis ipsum usum, *in abstracto*) prouinciam praetulerunt, ut saltem ingenii alacritate semper alios vincerent, et splendida *specie veritatis* defendendae, cuius et *unicum* tantum cognitionem *omnibus* hominibus imperabant, ut muneris ecclesiastici auctoritatem continuarent. Adeo nullum est vitium in *doctrina*, quamcunque definierint, inde a *nicæno* concilio;

nemo

nemo factus est improbus per ὁμοσιν, per tres personas in vna essentia etc. sed vitium omne est in doctōribus, qui absunt ipsi, ratione animi pravi et improbi, ab hac doctōrina caelesti, cuius ingenium et vim ipsi non sunt experti. Iam vana et inanis est omnis illa opera, quam impendi quidam volunt doctōrinis corrigendis et reformandis; hi peccatum originale accusant; isti satisfactionem, sacrificium pro peccatis, iustificationem etc. alii alias sententias; quidam omnes christianae doctōrinae partes abiiciunt. Ego vero maneo in sententia, doctōres corrigendos esse, quod in christiana societate vel maxime locum habere debebat; probi et apti doctōres dabunt etiam operam, vt docendi modus, qui semper fuit varius, ob moralium rerum et notionum qualitatem, conueniat et consilio et tempori. Sed intelligo, rem esse ingentem, si dicatur talibus Iudaizantibus, καθαρῶς χειρᾶς, ἀγίασας καρδίας. Non deerunt tamen omnino ingenui discipuli Christi et Apostolorum, qui ipso vitae suae genere fidem faciant, ἀνωθεν et ipsis imperitam esse σοφίαν, quae hominum felicitatem veram et εὐηνὴν promouet.

ἐπιεικής, ad subiectum clarissime pertinet; ad doctorem, qui cum hominibus versatur, eorumque et errores et vitia animaduertit, nec negligit; sed summum ius non adhibet; potius modestissime, benigniter agit, vbi rigore et difficili morositate non opus est. Postulat et Paulus hoc decus, 1 Tim. 3, 3. et quidem erga omnes homines, Phil. 4, 5. idem 2 Cor. 10, 1. iungit πραότητα et ἐπιεικίαν τῆς χειρὸς, adeo plane ad indolem christianismi hoc pertinet, vt iuuetur οἰκοδομῇ, non καθάρσεις Christianorum. Eminuit hoc animi decus in Melanchthone; defuit autem multis disputatoribus acerrimis.

ἐνπεριθης, refero ad comparisonem diuerſi generis docendi, et ad iudicium de aliis ferendum; nec hoc decus inesse potest animis prauis et exilibus. Optime Βεζα opposuit αὐθαδεῖαν, quae plerosque facillime corrumpit, qui peregrino in loco grauitatem et seueritatem adhibent; Paulus contra omnium quasi seruum se exhibuit, 1 Cor. 9, 19. seqq. Optare ausim, cum non desint praeclara principum studia, quibus academias et scholas ornare et perficere liberaliter cupiunt, vt tandem etiam ad animos iuuenum colendos et molliendos aliquid peculiaris curae transferatur. Bono consilio quidam nuper *asceticas* et precum horas ei rei destinabant, sed facillime hic interuenit plus vitiositatis nouae, quam verae utilitatis. Non desunt praeceptiones *morales* etiam in academiis; sed *rei exercitium* nec sic in mentibus iuuenum adiuuatur. Multum tamen, imo plurimum, interest et reipublicae, et religionis ingenuae, tales formari iuuenum animos, et improbos segregari a magnis rebus gerendis.

μεση ἐλεος, si quis lapsus sit et errauerit. Christiani coloris est et virtutis; non est sanguinis et neruorum sola mobilitas physica. Illa σοφία dicitur μεση, i. e. homo hic, σοφός, christianae doctrinae indoli aduersus, est tali ingenio; humanissimo sensu afficitur ex ista hominum deprauatione, quia Deum et cognouit et amat atque imitatur benefaciendo; animus studiosissime omnia circumspicit, quae possint hominum istam miseriam minuere et tollere. Itaque nec desunt καρποὶ ἀγαθοί, quos profert continuos ad hominum illorum vilitatem et rerum commodum; tantum abest, vt doctores sint auari et lucri cupidi. Catalogum quasi horum fructuum dedit Paulus Gal. 5, 22. nempe enume-

rac

rat studiorum in alios homines documenta clarissima; quorum est eadem origo et indoles, sed incredibilis in exercitio varietas et mensura. Alibi idem Paulus descripsit, 2 Tim. 3, 16. Dei ministrum esse ἐξηρτισμενον προς παν ε̅ργον αγα̅θον, opponitur falso zelo Iudaizantium. Haec est vera peritia et facultas ingenui doctoris christiani, qua fit omnibus omnia, ut lucri quasi faciat homines, atque adducat ad christianae religionis proprium vltim. Nec defuerunt vltimque tales doctores, verae doctrinae ipsi alumni; licet numero longe plures sequerentur istam Iudaizantium consuetudinem improbiorem, quae diris deuouet eos, qui de religionis argumento aliter cogitant et loquuntur, quam istis solet esse vltimatum, qui sunt alius loci et temporis. Apostoli obsequuntur ipsi aliorum hominum pristinae consuetudini, et sic christianismum animis ipsis inferunt; isti vero doctores rem peruertunt; postulant, ut omnes homines obsequantur ipsorum consuetudini intelligendi et loquendi; itaque aut hypocritas faciunt, aut omnino alios etiam a societate externa auertunt.

ἀδιακριτος, non temere, non acerbius iudicans, de aliis Christianis, qui suo more viuunt, nondum adfuerit institutis aliorum. Non agitur de improbo vitae genere, cui christianus doctor minime parcere potest, nec de sano iudicio, quod pertinet ad ο̅ρθοτομεν τον λογον; sed de vitae externa ratione, qua Iudaeus differt ab aliis; e. c. si quis edat de carnibus idolothytorum, de sanguine, aut si alio modo differat a vita externa Iudaei, vel alius, cuius sit quaedam auctoritas ad alios. Atque hanc regulam et Christus praeiuit Iudaeis Matth. 7, 3. et alibi; ut desinerent iudicare temere de aliis, qui Iudaei non es-

sent; saepe etiam Paulus Rom. 2, 1. cap. 4, 4. 10. 13. 1 Cor. 4, 5. Solet iungi *απλως και αδιακριτως*; tum obstat *τη προσωποληψια*, atque malim hoc praeferre; sine discrimine illiberali.

ἀνυποκριτος, facile quis in hoc vitium incidat, cum alterum vitare studet. Sic Paulus *ὑποκρισιν* quorundam doctorum reprehendit, Galat. 2. hic autem putarim praecipue illos tangi, qui simulatione tum vtuntur, cum potentia, auctoritate nondum valent; quod *Gregorius* ille M. dixit, qui id, quod explere per malitiam non possunt, hoc in pacifica bonitate simulant. Simile vitium, quod lucri causa locum habet, et Paulus non raro reprehendit, 2 Cor. 2, 17. multi sunt *καπηλευοντες τον λογον τῃ θεᾷ* etc. cap. 4, 2. *δολαντες τον λογον τῃ θεᾷ*. 2 Tim. 3, 5. qui habent *μορφωσιν εὐσεβειας*; tales abstinent vltro a seueritate iusta, *ἐλσυχῳ, ἐπιτιμῳ*, sunt *διδασκαλοι* hominibus studiosissimi, 2 Tim. 4, 2. 3. Hae praeceptiones Iacobi haud dubie pertinent ad improbos magistros Iudaizantium; horum vitia quae locum habuerint, ex his admonitionibus et simillimis Pauli locis facile potest perspicui. Sed opus est, historiam aliquam colligi, et cum Epistolis Pauli atque Apostolorum aliorum comparari; vt opposita et contraria haec studia eo clarius nobis pateant.

v. 18. Hoc scilicet vnico modo, quae lenitatem et tranquillitatem sequitur, contingit ferere illud semen, e quo nascitur fructus perfectissimus; si doctores ipsi vltro exerceant pacem; truces autem homines et turbulenti ingenii, si maxime dicant se doctrinam veram commendare, nihil promouent, quam perpetuas turbas.

v. 18.

v. 18. καρπὸς δικαιοσύνης, intelligo de iisdem καρποῖς ἀγαθοῖς, (δικαίοις) qui v. 17. nominabantur: fructus boni, et largi; licet plerique interpretes respici putent, ad aeternum iustae vitae praemium. Sic Paulus, dixit Philip. 1, 11. πεπληρωμένοι καρποῖς δικαιοσύνης, fructus optimos, mentis noua decora; qua ratione simul corrigitur vana spes felicitatis externae. Eodem sensu Hebr. 2, 1. dicitur, ex παιδείας, de qua et hic agitur, homini subnaledi καρπὸν εἰρηνικὸν δικαιοσύνης, i. e. perfectissimum; qui locus maxime huc pertinebat; vt Ephes. 5. καρπὸς τῆς πνεύματος ἐν πίστει, ἀγαθοσύνη, καὶ δικαιοσύνη, καὶ ἀληθείᾳ, vbi v. 12. opponuntur ἔργα ἀκαρπία τῆς σκότητος.

ἐν εἰρήνῃ σπείρεται, describit modum et ordinem rei; εἰρηνικῶς, non in tempestate et turbine solet agricola serere; transfertur igitur etiam haec cura et tranquillitas ad doctores, qui comparantur cum agricola, qui seminat. 2 Cor. 9, 9. 10. hic comparari debet, vbi similiter doctores sunt *serentes*, et γεννημάτων τῆς δικαιοσύνης ὕμων, idem est, ac καρποὶ τῆς δικαιοσύνης, christiani perceptae doctrinae fructum pulcherrimum, optimum ferant, benigniter collatis elemosynis.

τοῖς ποιεῖν εἰρήνην, lenibus, pacificis, aliter enim succrescere in animo semen non potest, tantum abest, vt fructus nascantur. Neque tamen dubito, praecipue respici ad εἰρήνην ratione eorum, qui Iudaei non essent; cum his suadet εἰρήνην adiuvandam esse per doctores; si rixae et turbae continentur et augeantur, nec feri posse hoc semen, hanc doctrinam christianam (in agros novos, in gentes nec fructus salubres nasci posse; igitur opus esse pace, hanc procurandam esse
inter

inter Christianos vtriusque partis. Sic Paulus Ephes. 2, 4. 15. dixit *pacem* inter Iudaeos et gentes per Christum factam esse; et v. 17. euangelizasse Christum pacem *vtrisque*. Christianos igitur decebat esse maxime *pacificos*, erga alios; pacem in terris instaurare debebat christiana religio. Ista igitur omnia, quae pacem felicitatemque hominum non promouent: non pertinent ad capita religionis internae. Hoc sufficit ad priuatum iudicium; ad tranquillitatem animi, et ad studium proprium praestandae religionis. Haec ipsa autem indoles Christiani pacifica secum fert, ut ipse saltem *ferat et patiatur* multa, sine tumultu, licet non praecipue ipse approbet. Sed alios experimur promotores, si placet, et adiutores *religionis vnicæ*; abiiciunt non solum ipsi multas notiones et sententias, quas multi Christiani amant et exosculantur: sed etiam lacerant, contemnunt et studiosissime exagitant. Si hoc non est imperitare conscientiae alienae; et κατακυριεύειν των ἐκκλησιων, fateor me non intelligere. Quis enim e nostris Christianis tales adiutores, aut vindices, aduocauit? quis rogauit, ut subuenirent religioni? Hi scilicet sunt *εἰρηνικοί, ἐπιεχείς, μέσοι καρπῶν* — — o fructus nouos! acerbos sane, quibus pacem et unitatem religionis iam *προσιμιάζουσι*. Ceterum brevis sententia, *σπειρεται*, est loco studiosissimae admonitionis; nititur ipsa experientia apostolica; Deus enim accedit, *ὁ αὐξανων*. Quicunque vero res *externas* conuersum eunt, solent aliis artificii locum facere, quia alios fructus quaerunt. Rem eandem describit Petrus 1 Ep. st. 3, 11. — *ζητῆσατο εἰρήνην*.

CAP. IIII.

Sectio VI. v. 1-12.

v. 1. Vnde igitur ista quasi continua bella et pugnae inter vos, istas per vrbes, quae iam nostro, Apostolorum, studio et ministerio, castiorem religionem admiserant? Cur, inquam, surgitis noui doctores, qui non estis nostrarum partium? Nonne hic est fons vestri studii, quod istis voluptatibus, quas Iudaismus spirat, inhiatis? Nonne his voluptatibus membra corporis omnia adhuc subsunt, atque sic bellum quasi perpetuum indicunt aliis doctoribus, qui longe aliam religionis formam hominibus omnibus persuasum eunt?

v. 1. ποθεν πολεμοι και μαχααι εν υμιν. Pergit ista refutatio Iudaizantium. Hoc vtrumque nomen, vt verba, saepissime a graecis scriptoribus iunguntur, tam proprie, quam tropice; contraria studia et consilia hic describuntur. Fuerunt igitur bella quasi et pugnae horum Christianorum, tum inter se, vt *Corinthis* Paulus iam commemorabat, similiter Iudaizantibus minime exclusis; tum aduersus societatem istam, quae sequebatur decretum illud Actor. 15. et doctrinam Pauli. Auctores autem πολεμων et μαχαων profecto tales homines fuerunt, qui duces, antistites, doctores contrarii esse audebant. Nec aberramus a vero, si addimus, alicuius iam temporis fuisse has turbas; non paulo ante demum incepisse, vt fama de his continuis litibus tandem etiam ad Iacobum Petrumque et Iudam non per-

peruenire non posset. Ista autem interrogatio est satis apta et vehemens vituperatio hominum, qui a doctrinis et fundamentis Apostolorum longo interuallo opinionum abessent. Apostoli enim originem talium studiorum iudaicorum, per omne illud tempus iam succiderant quasi; regnum Christi *πνευματικόν*, in omnes homines pariter benignum, describere soliti. Haec beneficia, *πνευματικῆς εὐλογίας*, omnibus hominibus conueniebant; si vero quidam sperarent voluptatum humanarum ministeria, tum non sufficebat ista felicitas Iudaeis et gentibus; itaque porro alieni erant Iudaizantes a gentibus; ut soli fruerentur isto regno, quod iam instaret. Huius hypotheseos historicam veritatem et auctoritatem, alio loco confirmabimus. Ceterum alius generis sunt illae lites, de quibus Paulus 1 Cor. 6. agit; multo autem minus huc pertinebat disputatio, de iure *belli*, atque an Christianos liceat bellum gerere. Designantur enim lites et pugnae familiarum, sectarum, aut partium, in eadem ciuitate, sine externo armorum strepitu. Itaque etiam illi aberrabant, qui rebellionis aduersus Romanos tirocinia quaedam hic inueniebant. Confer. 1 Ioh. 3, 15. *ἀνθρῶποκτονος* iam est ille, qui fratrem odio prosequitur.

καὶ ἐντευθεν; non male iam hic interrogationem poni suadet illustris *Michaelis*; sed nondum persuadet, quod *ἐντευθεν* vult intelligi, ex hoc terrarum orbe; refertur potius statim ad sequentia. Possit etiam sic coniungi; exposui vobis genuinam doctoris christiani indolem et prouinciam; quae pacem et felicitatem quasi disseminat. Iam vero, quod bella quasi et pugnae apud vos non cessant, nonne *hinc* est? scil. quod desunt illa studia, quae in commune consulerent et quod

quod potius contraria animi indoles, studium partium, vos corrumpit. Itaque non assentior *Coccejo*, qui non vult intelligi bella theologica, controuersias; quia describuntur tales pugnae, quibus diuitiae parentur. Iudaizantes enim, quorum hic schismata describuntur, talibus litibus omnes idem propositum, adiunandi regni *Messiae*, sequebantur.

ἐκ τῶν ἡδονῶν σκραπευομένων. Eximie conuenit 1 Petri 2, 11. σαρκικῇ ἐπιθυμίᾳ αἰτίνας σκραπευόνται κατὰ τῆς ψυχῆς. Porro Pauli illa, Rom. 6, 12. 13. ἡμαρτία regnat in corpore, ut cupiditatibus homines obsequantur, et exhibeant τὰ μέλη, instrumenta omnis iniquitatis. v. 19. τὰ μέλη exhibentur quasi seruitia ἀκαθαρσίας et ἀνομίας. Atque simillima ista, Rom. 7, 23. ἐν τοῖς μέλεσι μὲ est quasi alius νομος ἀντισκραπευόμενος τῷ νόμῳ τοῦ νοῦς μὲ, καὶ αἰχμαλωτίζων με τῷ νόμῳ τῆς ἡμαρτίας, τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσι μὲ. Coloss. 3, 5. νεκρώσατε ἐν τοῖς μέλεσι ὕμνων, τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, atque iam recenset ista vitia, ἡδονὰς, πορνείαν etc. eadem describuntur Ephes. 4. et 5. vitia. Iam, qui has ἡδονὰς amant et quotidie iis se dedunt, carere non possunt quotidianis iurgiis et litibus, nec amare possunt religionem castam et seueram; regnum Christi potius terrenum ipsi informant, et sic odium in gentes continuant. σκραπευομένων, est simul cum effectu intelligendum, et vincentium. Pristina illa vitiorum consuetudo regnat in vobis; nondum induistis nouum hominem etc.

v. 2. Hinc ille impetus cupiditatum, quae feruntur in res istas sensibus subiectas, quas
Deus

Deus (scilicet,) vobis solis propediem diuisurus est, deletis cunctis gentibus. Sed nondum habetis; nondum spolia ista diuiduntur. Itaque interea caedem et internecionem gentium prospicitis; ardentissime saltim id appetitis, caeco animi impetu, quod tam vane speratis; sed non potestis vel sic adipisci. Inde oriuntur et augentur inter vos pugnae et bella; (aliis dubitantibus, aliis desperantibus, aliis pertendentibus et confirmantibus, votorum ius et rationem. Nulli tamen sunt, qui habeant aut adepti sint, quod impotenter promittunt et prospiciunt. Nempe omnis ista perturbatio animi inde oritur, quod plane obliuisci soleatis, rerum humanarum conuersionem in Dei potestate esse; eiusque voluntati homines sic subesse, vt nihil ipsi constituere possint, sed Deo precibus se consecrare debeant.

v. 2. ἐπιθυμεῖτε, καὶ ἔν ἔχετε. Reprehendit vana studia et vota; sed quae quasi publica essent, saltim non obscura. Atque audemus accuratius designare ista Iudaizantium studia, quae ipsum communis religionis consilium euertebant. *Iudas* descripsit v. 4. παρεισέδυσαν τινες, — τὴν τῶ θεοῦ χάριν, (quae pertinebat ad omnes homines; et ad animorum sanctam tranquillitatem) METATIOCENTES εἰς ἀσελγειαν, peruertentes, corrumpentes promissiones Christi in donationes regnorum et gentium. Sic et Petri 3, 19. promittunt *libertatem*; a iugo et dominio gentium; itaque iam *Whirbyus* designabat, hos expetiisse continuis votis immunitatem a tributis, et imperium in alias gentes. Noluit Illustris *Michaelis* esse huius sententiae, quod sane licet; nobis

nobis autem praecipue haec pictura vera esse videtur; Iudaizantium supina vota ex *Irenaei* (editionum pleniorum) postremis capitibus, et *Tertulliani* somniis scimus; licet *pro mora finis* se suosque apud Deum intercedere profiteatur. Nec tamen repugno, si quis minorem votorum ambitum hic cogitet; flagratis cupiditate multa possidendi; ut in Epistola Barnabae num. 19. *μη γενη επιθυμων τα τε πλησιον*, aut ut Paulus 2 Tim. 3, 4. *Φιληδονοι*.

ΦΟΒΕΥΕΤΕ. Cum constantissime omnes codices, etiam veterum translationum, retineant *ΦΟΒΕΥΕΤΕ*, sine iusta ratione *Erasmus*, *Beza* et alii eius in locum sufficiunt *ΦΘΟΒΕΤΕ*. Nec *Bensonii* noua opera aliquid persuadet; cuius errorem non mediocrem notari et corrigi opus est, qui in translatione etiam latina locum obtinet. Scribit *Bensonius*: *quosdam codices* initium modo et finem huius versus habere, concupiscitis, nec habetis, quia non petitis. Vide *Millium*. Sed *Millium* non vidit hic *Bensonius*; is enim non *quosdam codices* designat; sed tantum de *unico* codice, et quidem apud *Curcellaeum* admonet. Iure autem suo aut nostro *Wetstenius* istas *Curcellaei* varietates omnino neglexit; quia, si maxime essent quidam codices, qui ista *omitterent*, oculis quasi videre licet, librarium lapsum esse, et incidisse in eandem phrasin, quae loco inferiori occurrit. Iam, quod ad rem attinet, vel *proprie* et sine exaggeratione hoc verbum valere potest; e. e. quod quidam opum cupiditate hoc illo modo aliquem occidisse, aut veneno sustulisse poterant. Nam Petri 4, 15. clare exstat, nemo ex vobis *πασχετω ως Φοβευς*, aut *κλεπτης*. Itaque, quod quarto loco *Bensonius* admonet, si caedium rei fuissent christiani, magistratum in illos

L

animad.

animaduertisse, est nullius momenti Nempe, haud dubie sic factum est; nec Iacobus dicit, tales immunes fuisse a supplicio. Commemorat etiam Barnabae Epistola num. 19. homines, qui foetum occiderent ante aut post partum. Sed et de animo ad caedes parato, potest intelligi; optatis quasi opportunitatem, occidendorum domino- rum. Tum vero et *improprie* valere potest, vt 1 Ioh. 3, 15. homicida dicitur, qui fratrem odio infesto prosequitur.

καὶ ζηλεῖτε, paululum minor est significatus, quam φονεῖτε. Deputatis iam morti, vindicandi Iudaismi causa. Sic saepe occurrit; e. c. isti ζηλωτοὶ apud Iosephum, et in Testam. Si- meonis, ἐζηλωσα τὸν ἰωσήφ, occidere eum con- stitueram. Princeps erroris inisit πνεῦμα τὸ ζη- λῶν in me, ibid. num. 2. Totus ille locus con- uenit non mediocriter aut casu cum ista parte Ia- cobi, v. 4. vt vix dubitem, istam partem ex hoc testamento praecipue illustrari posse.

καὶ ὁ δυνατὸς ἐπιτυχεῖν. Nempe Deus ob- stat per inuictam prouidentiam, quae regna po- pulorum varie stabiliuit. Haec sententia, *non potestis adipisci*, eius videtur esse magnitudinis, vt res mediocres aut exiles vix cogitare possimus. Coniunxerim igitur istud propositum, abiicien- dae potestatis romanae; quia et *Petrus*, qui si- millimas multas sententias repetit, grauius ad- monuit, de subiectione et obedientia civili magi- stratui praestanda, 1 Epistola 2, 13. seqq. postquam *simillime* scripserat v. 11. ἐπιθυμία σφατεῖοντα κατὰ τῆς ψυχῆς, vt apud nos v. 1. exstat et verbum idem, ἐπιθυμεῖτε. Nempe a cupidita- tibus oriuntur perturbationes familiarum, et re- rum adeo publicarum; vt describit locus Cicero- nis

nis de Finibus I, 13. apud Wettstenium. Si quis compararet Petri praecepta, de vitae laudabili consuetudine inter gentes, vix dubitabit, Iacobum alio modo rem eandem hic agere, et persuasum ire, pacatum et beneuolum in Romanos animum.

μαχῆσθε καὶ πολεμεῖτε. Status igitur christianorum iudaizantium per istas vrbes fuit haud dubie satis turbulentus, istorum proprio vitio. Hae lites et turbae tam possunt intelligi ratione Christianorum aliorum, qui sequerentur mitiorem vitae, quae cum Romanis agenda erat, modum; quam ratione Romanorum, contra quos hi iudaizantes quotidie apud iudices ius summum experiri solerent; vel acutum discrimen et periculum non deprecaturi, quasi opportunitatem rerum omnino conuertendarum.

καὶ ἔχετε δε, scil. illud, quod tam vehementer optatis. Per hoc omne tempus, quo Messiae nouum ministerium alieno in loco prospicitis et prouocatis quasi, nihil tamen accidit eius generis, quod ad fausta auspicia rerum expetitarum referre possitis. Quod ad *lectionem* graecam attinet, legunt multi καὶ καὶ ἔχετε, alii καὶ ἔχετε δε. Vtraque *additio*, καὶ et δε, non pertinet ad textum, licet ad sensum recte referatur, siue haec, siue illa.

διὰ τὸ μὴ αἰτεῖσθαι ὑμᾶς. Ratio omnium perturbationum, quae animos in studia contraria scindunt, haec est, quod Deum precibus adire negligitis; quod rerum humanarum dominum quasi contemnitis; itaque iubet v. 7. Deo vt se et res suas omnino subiiciant, et variam spem et superbiam fugiant. Res igitur est eadem, ac Christus describit Matth. 6, 24. seqq. Mammonae qui
2 - serui

serui sint, et diuitiis augendis vnice studeant, non posse Deo seruire; v. 23. ante omnia quærendum esse Dei regnum, et eius iustissimum perfectissimumque ordinem; tum cetera, quibus forte opus sit, non defutura. Describit igitur Iacobus fontem ipsum vanorum votorum; negligentia Dei, et dissolutio animi, qui sic in varia desideria ruit; plane vt in *Testamento Simeonis* n. 3. legitur, cognoui tandem, ὅτι λυσις τῆς Φθονὸς διὰ φόβου θεοῦ γίνεται. εἰάν τις ἐπὶ κυρίου καταφύγῃ, ἀποτρέχει τὸ πονηρὸν πνεῦμα ἀπ' αὐτοῦ, καὶ γίνεται ἡ διανοία καὶ φῶς. Intelligemus ex illis, quæ paulo post afferam ex hoc eodem *Testamento*, Iacobum hunc locum prae oculis habuisse. Sicut scimus et Paulum ad testamentum *Leui* respexisse, 1 Thessal. 2, 16. Nec est obscurum, ex variis apocryphis, quæ solebant apud graecos Iudaeos iam terri, has illas partes desumisse Apostolos, Paulum praecipue. Igitur non tam sic intelligo, vt *Beza*, vos vi et fraude putatis vos posse nancisci huius vitae comoda, et Deo quasi inuito extorquere; quam isto modo: Alieni estis omnino a vera religione; itaque vana vota nuncupatis; si animus vester Dei sensu et numine impleatur, desinetis huius generis comoda et voluptatum indignarum adiumenta, ex gentium immani interitu, optare. Iam quasi daemon aliquis inuidiae et luxuriae vos agit, atque a Dei ingenuo cultu abducit.

v. 3. Scio, quosdam vel publicis precibus (et execrationibus cap. 3, 9.) eam in rem non parcere; mala omnia precari imperatori et magistratui romano. Sed minime impetrabitis; eo, quod pessime et turpissime petitis, eo scilicet
con-

consilio, ut ingentia ista spolia, gentibus detracta, in voluptates istas, quas amatis, copiosissime infumatis.

v. 3. αἰτετε, quod si etiam sint inter vos, qui Deum precari non omnino negligant, tamen nulla documenta fauoris diuini impetratis, quia prauo animo et improbo proposito precamini. Ad alios igitur quasi oratio conuertitur, qui non sunt adeo profani et impii, ac isti alii. Frequentissima sunt sacra illa carmina, quae impiorum preces à Deo non audiri confirmant; nec ignorarunt philosophi et probiores alii homines inter eos, qui nec Iudaei sunt nec Christiani.

διότι κακῶς αἰτετε, quid sit κακῶς, statim explicat sententia, quae sequitur.

ἐν ταῖς ἡδοναῖς ὑμῶν, dubitare ergo non possumus de talibus Christianis, qui Christi regnum falso et indigno modo informarent, licet ipse Christus et Apostoli, exemplis praeceptisque continuis, longe aliam eius formulam praeirent. Itaque intelligimus, cur tam frequentes sint admonitiones Apostolorum, de continuandis omnibus officiis ciuilibus et humanis; quia regnum Dei pertineat ad animum, rerum aeternarum fruitione, et Dei similitudine beandum. Non miramur igitur, hic ibi nomen Christianorum quasi inuidia laborasse apud Romanos; quia essent parum probi ciues, qui rerum publicarum conuersionem et optarent et adiuuarent. Iudaizantium certe fuit non exigua multitudo, qui porro *Mortuorum* nomine propius innotuerunt; ex quibus multi *martyrum* praecipuo honore affecti sunt, qui est ad nos certe satis anceps; etsi vetustiorum arbitrorum fuit minus seuera sententia,

qui vel sanctam nominum famam prodesse posteris statuerent; quasi iam sciuisent, propria decora defore; aut putarent, vel incertas historias bono rerum argumento frugiferas fieri.

v. 4. Q vos, (non Iudaeos, Deo olim caros; sed) adulteros et adulteras, a Deo plane ad corrupta hominum studia delapso! Adeon' ignoratis, quod omnes, qui amant huius mundi voluptatem et consuetudinem prauam, alant et prodant inimicitiam aduersus Deum? Discite igitur apostolicam regulam, (non gentes istae Deo sunt inimicae, quia non sunt Iudaei; sed) quicumque hoc studio et amore tam corrupti humani mundi ducitur, is clarissimo documento Dei inimicus constituitur.

v. 4. *μοιχοι και μοιχαλιδες*. Hanc partem quidam olim adiunxerunt adhuc versui praecedenti; sed recte iam Beza contradixit; est enim noui sermonis initium. Istud alterum nomen, *και μοιχαλιδες*, abest a *Syra*, vulgata, (veteri; nam *Beza* secutus est parum castam editionem, et exhibet hoc nomen; itaque et tantum de *Syra* monuit, quod in ea desit;) abest porro a *Copta*, *aethiop*. Nec videtur ab initio in textu fuisse; quia ratio nulla inueniri potest, cur in *quatuor* antiquissimis translationibus omitteretur; facile vero intelligi potest, ab oratoribus sacris additum fuisse, ne alter sexus sine reprehensione esse videretur. Quod ad sensum attinet, satis nota est phrasis scripturae sacrae, quae metaphorice Iudaeis *adulterum* frequenter obiicit, qui Deo relicto, cui quasi desponsata esset ista natio, inde a patribus, ad mundanarum rerum prauum amorem, ad idolo-

idololatriam et voluptates vulgatas delapsi essent. In sermonibus Hoseae saepissime legitur ista exprobratio; sed et Christus ipse dixit, γενεαν μοιχαλιδα, Matth. 12, 39. et c. 16, 4. minime genuina τέκνα Abrahami, Ioh. 8, 39. Vfus est et Paulus isto tropo 2 Cor. 11, 2. despondi vos virginem castam Christo, scilicet, reiecto Iudaismo. Describuntur haud dubie iidem homines, nec Christiani iam, nec Iudaei, ac 2 Petri 2, 1. 2. propter quorum prauam vitae consuetudinem ἡ ὁδὸς τῆς ἀληθείας, christiana religio, in infamiam adducitur; ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης dicit idem cap. 2, 21. quam qui reliquerunt, iidem egressi sunt τὴν παραδοθεῖσαν ἀγίαν ἐντολήν. Nec est dubitandum, praecipites voluptates etiam hic simul tangi, vt Paulus dixit, μέλη πορνῆς, 1 Cor. 6, 15.

Φιλία τε κόσμου, nempe Christiani per baptismum mortui quasi erant peccatis, et pristinam ἀναστροφὴν abiecerant; quia haec Dei noua χάρις homines omnino auertit ab ἐπιθυμίαις κοσμικαῖς, quae est ingenua descriptio *Christianismi*, ad Titum 2, 11. 12. si igitur ad mundi amorem redeunt, sicut de *Dema* narrauit Paulus, auersus est animus a Deo, eiusque omine christiano. Rem eandem dixit Paulus Rom. 8, 7. φρονιμα σαρκος, (Φιλία τε κόσμου hic) est ἐχθρὰ εἰς θεόν, vt hic. Petrus 2 Epist. 2, 22. grauissimas paroemias adhibuit; et v. 20. rem eandem descripsit μικταρισί τε κόσμῳ πάλιν ἐμπλακέντες. His hominum internis studiis et conuersionibus, his documentis, christiana religio suscepta fuit; si contraria studia praeferuntur, perit christianismus internus et omnis christiana indoles; atque sic christiana religio caret suo honore, quia non differunt tales Christiani ab aliis cunctis hominibus,

L 4

qui.

quibus debebant diuinum lumen praeire, cuius vis hominum ipsa pectora ferit. Iudaizantes doctores hos Christianos corruperant.

Φίλος εἶναι τὰ κοσμοῦ. Si ingens huius sententiae argumentum ita pingitur et describitur, ut doctrina Christi et Apostolorum nobis et κοσμον describit, et foedos in homine fructus eius amoris, qui in κοσμον ferre solet: tum via recta pergitur ad fuscitandam nobilissimam auersionem a mundo, moraliter tam deprauato et corrupto, κατὰ τὸ ἐν τῷ πονηρῷ. Hic mundus sunt homines κοσμικοί, expertes πνεύματος. Facillimus est significatus verborum, sed res ipsa est ingentis amplitudinis, quam vnusquisque suo demum experimento salubri percipit; sed nostra aetas dedito studio recedit a diuina pictura. turpitudinis domesticae, quae omnium hominum est, licet non par sit atque aequalis, antequam σωτηρίον χάριν ipsi experiri audent. Numerum et multitudinem Christianorum augere studemus, ne scilicet ad *Naturalistas* aut irrisores transeant; sed vim ipsam spiritualium rerum, quibus cognitae et obseruatae aliquis ipse fit christianus, ea ratione minuimus et impedimus, qua verbis et theoriis operam sic damus, ut historice et philosophice loqui discamus. Experientiae autem fere nihil est reliquum; atqui, ut haec sit et fiat multorum, opus est, ut attendant ipsi ad corruptionem moralem, atque ad eius similes fructus, quibus a Deo amando fortissime adhuc impediuntur. Haec *experientia peccati* est libera; non subest formulis et regulis, nisi in abstracto; extra hominem. Sed quot tandem supersunt doctores vel inter nos, qui amicitiam hanc mundi, Φρονημα σαρκος (πάσης) diligenter describunt? Omnis homo est σαῶς et ἐν τῷ κοσμῷ, antequam fit

fit πνευματικός, haec est clarissima scripturae doctrina; hinc pendet auctoritas et magnitudo της χαριτος, qua tales homines, scientes et volentes σωζονται. Hanc doctrinam omnes pii et veri Christiani constantissime confirmarunt inde ab omnibus saeculis, nec enim vel *africana* illa sedulitas rei experimentum impediuit; sed noui iam exorti sunt doctores, qui erroris in loco ponunt, quod fundamenti locum obtinuerat, in experientia; nempe ipsi πνευμα μη έχοντες. Nullum sane meritum et decus, in eo quaerendum erat, ut verbis et descriptionibus tantum faciliorem quasi christianismum aliquis pinxisse videretur, et fauorem τῶ κοσμοῦ τῆς, et quorundam κοσμητων, δοκουντων εἶναι τι, hac ratione ipse sibi conciliaret; quod et ipsum vanitate non caret, quia qui alieni sunt ipsi a christiana religione, amare non possunt veros eius defensores; sed in hoc vnico laborandum erat, ut quam plurimi homines vim salubrem christianae religionis, suo quisque loco, modo et ingenio, experiundo admitterent. Nec *varietas* descriptionum reprehendenda est, quia sic pii et probi doctores suum ingenium et pectus, alius aliter, castissime omnes, experti sunt; ista tam multorum experientia est vnus et eiusdem rei, licet sint descriptiones multae, ex illa multorum vera experientia. Iam ex his alius aliam sibi adaptat, et similiter experientia sua de re eadem confirmatur. Iam si surgunt isti noui homines, μετα Φαντασίας πολλης, qui *doctrinae christianae* se arbitros iam demum faciunt, et *correctionem doctrinarum* promittunt, quae ex hominibus cunctis faciat Christianos; (quod nec Christus valuit, nec Apostoli, nec Deus ipse instituit;) cauebunt omnes ingenui Christiani ab istis tyrannis nouis, qui conscientiae aliorum vim et vocem vltro opprimunt; atten-

dent autem ante omnia, vtrum hi promissores
ablint a *Φιλιππος τε κομης*. Hoc criterium est
certissimum; quid tandem hi de christianae reli-
gionis ingenio, more atque ordine nos aliter do-
cebunt? Hanc vero legem Christus primam
omnium nobis scripsit, *ex fructibus* cognoscen-
di sunt probi doctores.

καθίσταται. Millius excitavit codicem *canta-*
brig. 2. qui hic legat, *ἐστὶ*, idem *Syrae* atque *ae-*
thiopicae translationi tribuebat lectionem *ἐστὶ*.
Sed, vt iam illustri *Michaelis* monuit, de *Syra*
minus constare, ita nec *Vossenius* talem lectio-
nem *cantabrig*. alicuius codicis commemorauit.
Illud *καθίσταται* inuoluit clara documenta auersi
a Deo animi, quae talibus studiis et consiliis quo-
tidie produntur.

v. 5. Nec enim eo vos iam delapsos puta-
rim, vt haec non ignoretis quidem, sed existime-
tis, inanem esse istam scripturae admonitionem,
quae de inuidia dixit, spiritum quasi aliquem
inuidiae, qui in vobis domicilium sibi fecerit,
fuscitare ista terrestria desideria.

v. 5. ἡ *δοκίμη*, est moderatio vituperatio, quasi
nondum eo impietatis deuenisse istos statuat, vt
vel graues sententias, quae variis in scriptionibus
apud ipsos ferri solebant, et rerum ipsam indo-
lem describerent, vltro et fortiter contemnerent;
fore igitur sperat, si in memoriam reuocet quas-
dam eius generis sententias, vt abhorreant ab isto
impietatis destinatae gradu.

κενωσ, sine ratione, sine iusta auctoritate. ἡ
γραφή, quatenam sit haec scriptura, ad quam
Iaco-

Iacobus hic respicit, variae sunt expositorum sententiae. Plerique omnes tamen in isto corpore biblicorum hebraicorum quaerere solent; *Beza* Genes. 8, 21. excitabat; a *Beza*, licet eum non nominet, iure suo dissensit *Iustinianus*; sed nec ipse aliquid attulit, quod satisfacere possit; alii *Ezechiel*. 23, 25. alii Num. 15, 29. Prouerb. 21, 10. *Cocceius* cantic 8, 6 etc. Multi quasi desperant, posse aliquem vnum locum scripturae sic inueniri, vt vel mediocriter huic sententiae possit aptari. Quidam Iacobi hanc sententiam a librariis iam olim falso descriptam et deprauatam fuisse, statuere audent; et vix abest *Bensonius* ab hac opinione; fluctuat tamen; forte ex sermone Christi, Matth. 6, 24. hausisse Iacobum, sicut ista, cap. 5, 12. de non iurando; aut, plura simul veteris testamenti commata hic citari. Illustris *Michaelis* studioli confirmatum iuit vener. patris manuscriptam obseruationem, de isto loco Prouerb. 21; nec repugnabimus, quo minus placere possit. Sed fatemur, minus conuenire, saltim minus commode. Tandem, ne recenseam interpretum omnes sententias, nuper b. *Zachariae*, η γράφη λέγει, sic explicat, in libris sacris haec doctrina occurrit, dona diuina (πνευμα) pugnare aduersus inuidiam etc. vt Gal. 5, 17. similis sententia exstat; hanc iam *Cocceius* attulerat. Sed huic explicationi hoc maxime obstat, quod graece dici non solet, ἐπιπλεονεχεν προς, contra aliquid ferri. Similiter *Wetstenii* illustratio minus placet; is, quia non obscurum est, in hac Epistola alicubi citari sententias ex libro sapientiae; putat respici ad Sap. 6, 11. 23. et alia loca; vultque πνευμα idem esse ac σοφίαν, desiderandum esse hunc spiritum sapientiae. Sed nemo hic poterit hanc phrasin (scriptura dixit) componere cum tam difficili allegatione; praecipue cum statim

tim sequatur, *δὴ λέγει*, sed scimus certo hanc sententiam *esse sic scriptam*. Itaque tenendum est hoc, *excitari* omnino *γερᾶν*, eamque his lectoribus, Iudaeis graecis, satis notam; scimus autem locum iam habuisse hoc primo seculo plures *γερᾶς ἀποκρυφῶς*. Iam negare non licet, etiam Paulum non raro aliquas sententias attulisse ex talibus *apocryphis*, graecorum Iudaeorum; de qua re pluribus egi in programme anni 1766, de sapienti oeconomia Pauli. Certum est etiam, *Petrum* in 2 Epistola, et *Iudam* asserre partem ex libro *Henochi*, de angelis. Eccei igitur mirum aut inusitatum videri potest, etiam *Iacobum* hic respicere ad librum *apocryphum*? Res itaque tantum eo redit, vtrum proferre et monstrare quasi possimus, talem locum, qui satis comode conveniat cum hac Epistolae parte? Atqui speramus nos non infeliciter hac opera defungi posse. Illa pars — *πρὸς Φθονον*, vtiq; iungi debet cum *γερᾶν λέγει*, de invidia; describendae terribissimae invidiae causa. Iam sequitur illud, quod illa scriptura de invidia dicit: *ille spiritus* (invidiae,) qui in vobis habitat, impetu perpetuo fertur. Iam adiicio ista ex testamento *Simeonis* num. 3. ὁ Φθονος κυριεύει πάσης διανοίας τῶ ἀνθρώπου, nec sinit eum edere, bibere, aut facere aliquid bonum; semper ὑποβιβάζει, suggerit, ἀνέλεειν, occidere (nos v. 2. hoc verbum legimus *Φονεύετε*) istum, cui invidetur — cognoui, ὅτι ἡ λύσις τῶ Φθονὸς διὰ φόβου θεοῦ γίνεται. Si quis ad dominum confugiat, ἀποτρέχει τὸ πονήρον πνεῦμα (scil. τῶ Φθονὸς) ἀπ' αὐτοῦ — (ergo in homine inuido *habitaui* hic spiritus;) sic paulo post, num. 4. sic — — agite, καὶ ἀποσησατε ἀφ' ὑμῶν, τὸ πνεῦμα τῶ Φθονὸς, ὅτι ἀγριοὶ τὴν ψυχὴν, καὶ φθείρει τὸ σῶμα, ὀργὴν καὶ πόλεμον παρέρχει τῷ διαβόλῳ — atque

atque num. 5. in Iosepho ἐν ἘΝΩΚΗΣΕ, nostrum verbum, ἔδεν πονηρον. Sufficiunt haec meo consilio; πρὸς Φθονον, ad vituperandum et describendum Φθονον, haec sane luculenter scripta sunt; πνεῦμα Φθονος etiam hic dicitur in homine esse, et ab homine fugandum esse, vt v. 7. apud nos dicitur, resistite diabolo, (qui misit πνεῦμα Φθονος,) et fugiet a vobis. Eligenda autem est lectio, qui habitat ἐν ὑμῖν, in vobis, vt non solum legit vulgata, sed et aethiopica, quod et recte praetulit illustris Michaelis; sed etiam hic liber, testamentum hoc, semper legit in secunda persona. Christiani plerique librarii scripserunt, ἐν ἡμῖν, in nobis, quia intelligebant de spiritu sancto, qui in Pauli Epistolis dicitur habitare in Christianis; talibus autem hominibus, ac hic Iacobus describit, adulteris etc. putabant non convenire spiritum sanctum; tribuerunt ergo Apostolo et sociis. Sed et ipsorum absum, quin statuam, utrumque, ἐν ἡμῖν, et ὑμῖν, abfuisse; ille spiritus, qui habitaculum fecit, scilicet in talibus hominibus. Hanc igitur partem arbitror satis commode ex isto loco Testamenti illustratam esse; de spiritu sancto autem, qui hic cogitant, nullam rationem praecipuam afferunt. Videbimus iam, etiam ea, quae sequuntur, luculenter ex isto testamento illustrari.

v. 6. Multo vero maiorem pollicetur fauorem, (quam vel longo invidiae ministerio comparare vobis possitis;) itaque aliud scripturae carmen, quod similiter non ignorabitis, admonet: Deus superbis omnibus, eorumque cunctis consiliis atque institutis, omnipotentiae suae vim opponit; clementem vero atque beneuolum se

se praeberet iis, qui Deum liberali mente reuerentur, eiusque in omnes humanas res dominio obsequantur.

v. 6. *μεζωνα δς διδωσι χαριν.* Variant et hic interpretum studia. *Beza* non omnino male: maioris cuiusdam boni spem facit (seu *offert*, vt in versione scripsit; cum inquit, videlicet, Deum superbis resistere etc. Sic fere et *Iustinanus*: mihi verosimilius videtur, nullum scripturae locum certum indicari; sed id tantum affirmari, quod vniuersa scriptura docet, diuinae beneficentiae fontes iustis ac piis maxime patere etc. Sed hanc descriptionem auctor *inserit*; Iacobus non nominauit iustos et pios. Similiter satis incertum est, *spiritum* sanctum a Iacobo hic antea descriptum fuisse, (*ἐπιποθεi το πνευμα*) atque hic repeti, (*πνευμα*) διδωσι etc. Nec arbitror facile aliquem non imperitum arbitrum consensurum in istam interpretationem loci, quem ex aliis collegit hic *Calmetus*: l'Esprit saint, qui habite en vous, vous aime d'un amour de Ialousie et vous donne de plus grandes graces etc. Quis enim ferat, talia tam insignia decora Iacobum hic tribuere his hominibus, quos tantopere vituperat! Iure itaque suo illustris Michaelis etiam *Bensonii* istam expositionem deseruit, qui similiter hic *Dei spiritum* ex v. 5. repetebat, cum certum sit, ibi *πνευμα* non posse de spiritu Dei intelligi. Repeti igitur vult vir eruditissimus, *ἡ γχαθη*, quae dare gratiam dicitur, vbi illam promittit. Nos tamen audemus praeferre istam nouam illustrationem, quae desumitur ex eodem *testamento Simeonis*, num. 4. vt ex eodem sermone, qui ibi Simeoni tribuitur, suppleatur nomen, *deus*; maiorem gratiam a Deo dari illis, qui cauerint ab isto spiritu inuidiae, *inuenitis* ibidem, in eadem scriptura;

ptura; quae scilicet iam ista subiungit. Φυλα-
 ξατε ἐν ἀπο παντος ζήλῳ καὶ φόβῳ, καὶ πο-
 ρεύσατε ἐν ἀπλοτῇ ψυχῇ, καὶ ἐν ἀγαθῇ καρ-
 δια, ἵνα ΔΩΗ καὶ ὑμῖν Ὁ ΘΕΟΣ ΧΑΡΙΝ καὶ
 δόξαν καὶ εὐλογίαν — Similiter num. 5. καὶ
 ἐσεύθε εὐρισκόντες χάριν ἐνώπιον θεοῦ καὶ ἀν-
 θρώπων. Haec est illa μείζων χάρις, quam
 dat (Deus.)

διο λέγει, scilicet alia scriptura. Exstat autem
 haec sententia in translatione illa τῶν LXX Pro-
 uerb. 3, 34. κυριος (legunt tamen alii etiam θεος,
 vt hic) ὑπερῷ φανοῖς ἀντιτασσεται etc. plane,
 vt hic legimus. Ista igitur *Apocrypha* graeca fue-
 runt non minus in manibus horum Iudaeorum
 graecorum, quam translatio illa, quam Christiani
 postea nominant τῶν LXX; cumque sciamus
 talia *apocrypha occulta* fuisse, ne in populi im-
 periti aut impuri vsum venirent, statuere licet,
 tantum illud hominum genus huc pertinere, quod
magistrorum et *doctorum* prouinciam quasi pro-
 priam habebat. Igitur nec hic *Iacobus* Epistolam
 destinasse nobis videtur cunctis et populo, sed
 similibus huius ordinis, qui magistrorum auctori-
 tate ad alios utebantur. Etsi ipse fateor, aliquid
 adhuc caliginis hic superesse, spero tamen, tan-
 dem plus lucis nos collecturos; vt certius perspi-
 ciamus, illud idem hominum genus, quod *Rab-
 binorum* et magistrorum nomine inter Palaestinen-
 ses distinguebatur, similiter auctoritate quadam
 polluisse inter Iudaeos graecos, et *confinxisse* ta-
 les libros plures, quibus uterentur doctores ad
 alios, qui auditorum et discipulorum in loco es-
 sent. Nec hos libros fuisse in manibus omnium
 aliorum; sed tantum in illorum quasi potestate
 mansisse, qui et ipsi pararentur huic ministerio.
 Atque videtur etiam cetera historia librorum grae-
 corum

corum latinorumque scriptorum hanc rem confirmare; quis enim *scripta* rhetorum, philosophorum poetarumque in manibus populi fuisse statuat, quae scimus per Grammaticos tantum vulgata et propagata fuisse ad eos, qui ingenii culturam aliquam amarent? Ego certe vehementer dubito, an homines ex plebe iudaica *legere ipsi* graecos libros potuerint; eos potius plane ex ore aliorum pependisse certum est, qui fallendae plebis causa libros eius generis iactare solebant, quasi nominum studiosius iam amatorum auctoritati non obsequi alii non possent. Vero sane simillimum est, coisse quasi sub istud tempus, quod praecessit ipsam Iesu Christi historiam, hominum non omnino imperitorum societatem, qui tot graecos libros conscribere ausi sunt, insignitos inclitorum virorum nominibus. Horum virorum, *Henochi*, Patriarcharum etc. nomina, his in provinciis graecorum Iudaeorum, oportet satis ignota adhuc fuisse; ut iam demum prima notitia vniuersi historici corporis biblici ad hos horum locorum Iudaeos peruenerit, per graecam translationem; aliter iam diu sciuisent, nec *Henochum* aliquid scripsisse, nec istos Patriarchas, nec aliorum nominum talia scripta locum habere posse, quia ceteri Iudaei in Palaestina, qui tanto iam tempore hebraicos libros legere solebant, tales scriptiones eorundem auctorum, quos celebrabant libri hebraici, omnino ignorabant. Mihi sufficit talium rerum quasi notas tantum atque indicia suppeditare; non deerunt eruditi, qui studiosius in earum ipsam causam sic inquirere conentur, ut veritatem sanctissimo consilio requirant. Liceat admonere, in editione *Bezae* 1598 hic ad v. 6. notam omnino integram et plenam esse; licet sequatur, *suis sine vlla connexione*; est error Typothetarum.

v. 7. Igitur et vos Deo subiicite, qui sui regni inter homines fines ita ipse profert, ut est Deo maxime dignum; obsistite diabolo, qui spiritum quasi aliquem inuidiae in vos immisit; tum vero fugiet a vobis, (et sic redibitis in veram amicitiam cum ingenuis omnibus christianis.)

v. 7. ὑποταγητε ἐν τῷ θεῷ. Nempe, quod attinet ad rerum humanarum istum statum; nolite sapientissimo Dei regimini vanis conatibus vos opponere; ut eandem rem hic *Iacobus* describat et commendet, quam *Petrus* persuasum iuit 1 Epist. 2, 13. hoc eodem verbo usus, ὑποταγητε ἐν πασῇ ἀνθρώπινη κτίσει, εἴτε βασιλεῖ etc. *Superbi*, quibus Deus, per prouidentiam suam resistit, sunt homines rerum maiorum appetentes, in vita illa externa, quae tamen subest dominio et regimini diuino; ut verissime dixerit Paulus, Rom. 13, 2. ὁ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ, qui resistit magistratui, τῇ τε θεῷ διαταγῇ ἀνδρῶν, usus fuit et Paulus hoc verbo, ὑποτάσσεσθω v. 1. Haec expositio est haud dubie vera et aptissima; Iudaei et Iudaizantes solebant auerfari imperium romanorum; Iacobus, Paulus, Petrus, Iudas, vno quasi ore id confirmant, opus esse, ut Romanis, et sic Deo, se subiiciant, abiiciantque ista consilia rebellionum continuarum.

ἀντιστήτε τῷ διαβόλῳ, addo et hic arctiorem explicationem, qui per πνεῦμα φθόνου, per daemonem inuidiae vos suscitatur aduersus magistratum romanum; imitatus est vel verba Petrus, 1 Epistola 5, 8. 9. Iacobus respexit ad Testam. Simeonis, n. 3. confugite ad dominum; sic απο-

M

τρεχει,



τρέχει, i. est *Φευξεται* hic, το πονηρον πνευμα, scilicet πνευμα τῶ ζήλῳ, quod ὁ ἀρχων τῆς πλάνης ἀπέστειλε, et ἐτυφλωσε τον νεν ὕμων, vt scribitur ibidem num. 2. Idem est, quod num. 4. dicitur, ἀποσησεται ἀφ' ὕμων το πνευμα τῶ φθονῶ, i. *Φευξεται*. Equidem statuo tam certam esse hanc explicationem, quae rebellionis propositum dissuadet istis Iudaizantibus, vt non putem opus esse, diligentius eam a me confirmari. Igitur nec refutatum ibo, aliorum interpretationem minus determinatam.

v. 8. Sic demum ad Deum precibus et votis accedite, eius digni cultores; tum et vobis se Deus propiorem exhibebit, (documentis nouis benevolentiae;) sed opus est, vt manus quasi emundetis, o peccatores, (vt abstineatis ab istis flagitiis et improbe factis, a lucro, a fraudibus, mendaciis, turpibusque voluptatibus;) puris iam mentibus et castis studere, qui duplici animo adhuc vixistis, (inter Iudaeos et Christianos adhuc quasi medii.)

v. 8. ἐγγισατε τῷ θεῷ. Nempe occupat hic tales lectores, qui iam scirent, iudaico pontifice et isto templo, seu οἰκῷ ὁρατῷ, ipsis non opus esse; per quem olim omnia religionis publicae, quae populi commoda iuuaret, ministeria praestabantur; plane vt Petrus illustrat, 1 Epistol. 2, 5. estis *ἱερατευμα ἁγιον*. In ista enim confiliorum et votorum perturbatione longius a Deo recesserant, quia animi ad voluptatum studia conuersi essent. Commendat igitur exercitium et vsum internae religionis, vt contingat illud, quod sequitur, ingenus *μετανοια*.

καὶ ἐγγίει ὑμῖν, scilicet per nouam seriem salubrium rerum, quarum experientia vobis quasi propiore Deum sistet. Hic *Beza* profecto locum non commodum sibi fecit, vt aduersus *Pelagianos* quaedam scriberet, quae melius aberant a superioribus editionibus. „Perperam *Pelagianos* ex hoc et similibus locis colligere, resipiscen-
 „tiam a nobis incipere. Primam enim gratiam
 „Dei mere gratuitam, nos non modo inuenire mi-
 „nime paratos ad eam recipiendam, sed e con-
 „trario penitus rebelles immutare. Sic autem
 „immutatos ad eam nos accedere, pedibus a Deo
 nobis concessis, „ — — Etsi enim liberum omni-
 no esse debet, non solum Christianum aliquem
 suam ipsius historiam moralem sic describere; sed
 etiam tutiorem viam et formulam hac ratione
 praeiri a doctoribus illorum causa, qui ipsi de
 ecclesiasticis diuortiis et controuersiis historicis
 iudicare non possunt, atque Pelagianismum por-
 ro metuunt: tamen nec legem ferre possumus,
 quae priuatam experientiam et philosophiae mo-
 dum omnino regat, aut historicas narrationes
 examini perpetuo subtrahat; nec *Iacobus* hic de
 hac omni causa et definitione resipiscen-
 tia agit. Hortatur ad *μετάνοιαν*, et hortando iam id ef-
 ficat, vt lectores possint ipsi contentire; sicut sem-
 per possunt abiicere omne adiumentum sanioris
 consilii. Si igitur hodie id contingit per institu-
 tionem christianam, vt homines iam optent hoc,
 et praeferant studium, animi componendi et in-
 clinandi ad eas res, quae commendabantur: hi
 homines vere resipiscunt; siue sic describant,
 per primam (aliam, ab intellectis rebus diuer-
 sam) gratiam, quae quasi pedes ipsis concesserit;
 siue loquantur cum *Pelagio*, qui nouum gra-
 tiae genus, quae actualis sit efficiens, sine homine,
 non *expectari* iussit; sicut *Augustinus* solebat de-
 scri-

scribere. *Uterque* est auctor descriptionis suae, de eadem hominis mutatione; atque *Augustinus* fatetur, se antea, cum nondum esset episcopus, hanc gratiam nondum perceptam habuisse. Ista diuersitas loquendi pertinet ad historiam theologiae; sed non efficit diuersitatem religionis christianae internae. Haec consistit in habitu inclinationis ad experiendam et continuandam nouam historiam mentis; atque manet eadem haec animi noua indoles, ratione status oppositi, siue describatur ab *Augustino*, *Thomistis*, *Dominicanis*, *Iansenistis*; siue a *Scotistis*, qui alieni sunt a *praedeterminatione physica*; siue a *Iesuitis*; siue a Protestantibus, quos inter *Caluinus*, *Beza* et alii seueriores, propius absunt ab usu loquendi Augustini, sicut ipse *Lutherus* et alii, *Flaciani* praecipue, qui nolunt cum *Melanchthone*, *Hunio* et aliis loqui etc. Ista omnis diuersitas linguae est, non ipsarum rerum, quae a tam multis tam varie describuntur. Sed cum non sit omnium doctorum eadem de his formulis sententia, ob externarum rerum perpetuum interuallum, quo seiunguntur: secesserunt simillimi in simillimam societatem externam, cuius propria iura non minus continuantur, quam illa varietas legum politicarum, quibus tamen eadem res, eadem salus ciuium, procuratur. Omnes autem illi Christiani, licet externis societatibus et iuribus tam diuisi et seiuncti, ratione animorum, studiorum et consiliorum, quae ad internum statum continuandam et probandum pertinent, sunt coniuncti; produnt omnes veros et proprios fructus christianae correctionis.

καθαρῖσται χειρὸς ἀμαρτωλοί. Miror, multos interpretes, post *Bezam*, explicare de *sanctificatione*. Hi sane, de quibus iam loquitur *Iacobus*,

bus, si maxime dicantur *Christiani*, vt seiungantur a Iudaeis: tamen, quia sic describuntur à Iacobo, non sunt in statu μετανοιας christianaë; ergo non ad *sanctificationem*, sed ad correctionem primam tot vitiorum his admonitionibus adducuntur. Si tribuitur eis fides in Christum, fieri alio et maiori omine non potest, quam quo saepe legimus in Euangelis, et *credebant*. Atqui a primo quasi gradu πισεως, tam obiectiuae quam subiectiuae, ad illum gradum, quem nos hodie solemus occupare, si conuersionem hominis describimus, interiacet non mediocri intervallum. *Manus* hic per hebraismum pro omnibus impuris, indignis, improbis factis, studiis, operibus, quibus dediti adhuc erant hi tam exiles Christiani; qui Christi regnum interpretabantur theatrum optabilem ipsis voluptatum. Hi sunt *αμαρτωλοι*, stilo christiano, licet se nominarent Christianos, et gentes solerent nomine *αμαρτωλων* contemnere.

ἀγνισατε καρδιας διψυχοι, *cordis* nomine Hebraei votorum consuetudinem describunt; hi sunt ancipites adhuc et dubii, vtrum abiciant Iudaismum et christianam religionem praeferant. Fluctuantis animi vitium verum est in cupiditatum amore; si facilius et copiosius votis potiantur, sunt Iudaei; et alio tempore, sunt Christiani. Haec *mentis interna* mundities et puritas non contingit sine Deo, qui animum ad ipsum inclinatum diuinitus mouet, et a sordibus quasi purgat. Non ignota fuit haec quasi noua κτισις, iam diu ante Christum; Psalm. 51, 10. καρδιαν καθαραν κτισον εν εμοι ο θεος etc. hoc est illud, ἐγγισατε τω θεω. Nec irascar *Spinozae*, si interpretatur, appetitum moderatum in me renoua; licet autem et nobis studiosius describere.

Iesaiæ 1, 16. λῥσατε, καθαρὸι γινεσθε, ἀφελε-
τε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν etc.
Ierem. 4, 14. Ierusalem, ἀποπλυνε τὴν καρδίαν
σὺ ἀπὸ κακίας, cap. 6, 16. sic inuenietis ἀγνι-
σμον ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν, et similes descriptiones
non raræ sunt.

v. 9. Poeniteat vos et pudeat istorum flagi-
tiorum; nec parcite documentis veri luctus, ve-
rae tristitiæ, ob tantam tam longam turpitudi-
nem vestram. Desinite ridere et exagitare pro-
biores nos Christianos; lugete potius tanti tem-
poris, quod inanibus studiis perdidistis, iactu-
ram. Abiicite istam tam vanam spem et læti-
tiam inanem; deliците vultum istum pudoris tam
diu expertem!

v. 9. ταλαίπωρησάτε — καὶ κλαύσατε. Ego ista
verba oppono superbis moribus, stolidisque votis
Iudaizantium; alii describi volunt summam poe-
nitentiam. *Gradus* quatuor verborum designauit
illustris Michaelis; loco arrogantiae succedat sen-
sus *miseriæ*; hic coniunctus sit cum luctu et *tri-*
stitia; hæc tanta sit, vt signis se prodāt; eadem
precibus domino innotescat. Inest sane discrim-
men; sed istud, κλαύσατε non est satis certum;
abest enim a translatione *syræ*, arabica vna, et
tribus graecis codicibus. Sufficit ad explicatio-
nem, si animi fluctuatio cessit vero proposito,
admittendæ doctrinae, quæ hominis vitia inter-
na corrigit, tum lubenter parat se ταλαίπωρος
salubri sustinendæ; homo agnoscit se ταλαίπω-
ρον, forte et a luctu et fletu non abhorret; licet
non legis vim habeant istæ phrasæ. Iacobus
vitur tantum pluribus phrasibus ad rem eo stu-
dio.

diosius commendandam. Praeter poenitentiam etiam inest admonitio de formula Christianismi, quam Paulus scripsit, 2 Timoth. 3, 12. omnes, qui voluerint christiano iure Deum colere, isto tempore, fieri non potest, quin experiantur malorum hominum improbitatem, διωχθήσονται.

ὁ γελῶς ὑμῶν. De risu disputatorio, irrisorū, explicat illustris Michaelis, quod nos non possumus. Vanitas votorum, spes inanis novarum rerum peperit animi istam levitatem, contentumque aliorum Christianorum, qui sola animi bona a Christo sperarent. Admonet igitur, ut audeant luctum admittere et pati, ob res aduersas, quae cum religionis ingenio et casto exercitio isto tempore haud dubie saepius coniunctae essent, quam opportunitas exultandi et ridendi.

ἡ χαρὰ εἰς κατηφειν, est eiusdem rei repetitio; κατηφειν scimus esse talem tristitiam, moestitiam, quae vultu demisso se prodit, ut gaudium vultus hilaritatem secum ferre solet. Christus oratione contraria usus est, Iohan. 16, 20. ἡ λύπη ὑμῶν εἰς χαρὰν γενήσεται, alio rei ordine. Experientia noua christianae religionis sanctae et castae, animum sancto et nouo gaudii genere augebit.

v. 10. Hac ratione si Dei sensum in vos amiseritis, et vos ipsi dignos pronuntiaueritis isto omnium malorum genere, quod tam inhumaniter in gentes decernebatis: non deerunt a parte Dei fauoris noui salubria documenta; Deus vos certiori et stabiliiori modo extollet, quam istis vestris inanibus vaticiniis vniquam contingat.

V. 10. *ταπεινωθητε ἐνώπιον τοῦ κυρίου*. Plenior occurrit haec sententia 1 Petri 5, 6. manus Dei fortis est illa rerum iudaicarum tristis conversio, cui resistere hominum superbientium consilia minime poterant; licet vel ab opinionibus sacris, et auitis ideis, de gentium interitu, suspensa. Si Dei providentiae vos subiicitis, proiectis votis et desideriiis inanibus; si obsequimini novis Christi praeceptis, quae omnibus hominibus eandem correctionem et salutem commendant, tum et rerum externarum faciem videbitis aliam.

καὶ ὁψεται ὑμᾶς, non vno modo hoc contingere poterat; si desisteabant ipsi a vanis desideriiis et propositis, rerum ceterarum quasi aliam faciem videbant, minus iam tristem aut contrariam. Si hi Iudaizantes intelligebant spirituales illam provinciam Christi, discabant simul longe aliam votorum seriem, et omnia credebant *συνεργεῖν εἰς ἀγαθόν*. Itaque hoc maxime locum habebat, 1 Petri 3, 13. *τίς ὁ καλωσίων ὑμᾶς* etc. atque si maxime propter *δικαιοσύνην*, propter studium perfectioris religionis, varia damna externa ferenda essent: tamen vel sic sciebant se *μακάριος*, et fauoris diuini multo certius participes. Haec enim est vis propria christianae religionis, ut hominem a desiderio humanarum rerum iniusto retrahat, et sensui moralium bonorum, decorumque maiorum adsuafaciat. Haec est *ὁψοις* animi vera, quae non contingit sine Dei christiana cognitione et consuetudine. Haec animi christiana magnitudo describitur Rom. 8, 31-39; sed coniuncta est liberalis *ταπεινωσις*, subeundae, imo amplexandae *θλιψεως* omnis generis.

V. 11. Igitur et desinite aliis doctoribus christianis detrahere, qui legem mosaicam commendare

dare ad novos Christianos non solent. Certum enim est, nos Christianos propria lege et regula religionis vti, cuius Christus auctor est; iam, si quis hanc ob causam religionis eiusdem socium apud alios vituperare et damnare audet: ille profecto hanc ipsam legem, nobis propriam, vituperat et damnat. Porro si legem hanc vituperare et damnare audes, profecto ipse eam non observas et praestas, sed eius iudicem et censorem te facis.

v. 11. *μη καταλαλεῖτε*. Iam redit ad *doctores*, qui suis rebus et partibus ita studebant, ut aliis doctoribus detraherent apud suos; qua ratione schismata et separationes quotidie augebantur. Hic vix licet dubitare, de iis agi, qui acerbiores essent iudices christianorum aliorum doctorum, Pauli scilicet alumnorum; qui legum mosaicarum auctoritatem continuari, aut ad gentes etiam extendi, negare solebant. Scimus enim *Christianos* hoc nouo nomine insignitos fuisse hoc tempore, ex Epistola Petri prima, 4, 16. Igitur hi iam non tantum nomine sed etiam alio vitae externae genere diuisi fuerunt ab aliis Iudaeis, seu Iudaizantibus; hos sane non mirabimur omni studio et modo detraxisse istis aliis, et vituperasse negligentiam nisi impietatem; nec ignoramus, fuisse, qui vel ipsi Paulo detraherent. Sequitur autem *Iacobus* eandem regulam Pauli, *vnam* esse *πίστιν*, sine discrimine gentium, statuumque externorum; itaque mutuo amore alios debere alios amplecti; *saluo discrimine idearum et formularum*, quae vtramque scholam localiter distinguebant. Inuenimus etiam in Pauli Epistolis frequentes admonitiones, de sequenda *vnitate*

animorum, consiliorumque frugiferorum, ἐν ἐνὶ πνεύματι, licet γνώσις non possit esse multorum; parcendum esse imbecillioribus. Falsum igitur est atque a spiritu christianae religionis alienum, quod quidam statuere audebant, imperitandam esse omnibus Christianis unicam formulam religionis; nec sapientiores sunt aut probiores illi ex nostra aetate, qui laborandum esse discernunt, (ne desit benefaciendi occasio tantis heroibus,) ut omnium partium Christiani coeant in unam societatem; itaque utuntur strenue καταλαλαίς, aduersus doctrinam publicam, contemnunt, lacerant conuitiis, et condemnant doctores omnes, qui *talem unitatem* non adiuuare velint. Nos autem perspicimus, inde ab exemplis Christi et Apostolorum, semper locum habuisse *diuersitatem idearum*; nemo coëgit istos ex Iudaeis abiicere mosaicas leges et ideas annexas; Paulus potius *insidiatores* nominat istos, qui obseruabant, quantum libertatis ipse commendaret, ut scilicet ceteros *in seruitutem* redigerent. Discimus igitur, quales sint isti noui homines, qui, ne conscientiae quidem alienae locum esse patiuntur, imperant *Naturalismum*, rident et vellicant christianismi amatores. *Iacobus* non hoc postulat, ut isti transeant omnes in Pauli scholam; permittit illis diuersitatem intelligendi, si eam ipsi non possint tollere. Utinam et nostrae societatis doctores desinant καταλαλεῖν alii aduersus alios; coniungantque potius omnia studia publica et priuata in hoc, ut christianismi verum et internum exercitium atque experimentum latissime proferatur; sic ipsi salubres fructus omnes Christianos arctissimo vinculo coniungerent; licet magna varietas idearum non continuari non possit.

ὁ καταλαλὼν -- καταλαλεῖ νομῶ. Vix dubitari potest, ἀδελφὸν hic significare fratrem in mi-

ministerio illo, quod ad Paulum referebat auctoritatem. Refertur autem *detractio* ad *absentes*, vt clare describitur libro 2. *Hermæ*, mandato primo, quod et graece seruauit *Antiochus* Homilia 29. Non abnuo, etiam homines ex plebe saepe hoc vitio laborare; sed tum est tam humilis loci, infimi, vt minime possit huc referri, vbi illud *κρίνειν τον ἑτερον* aperte pertinet ad doctores.

κρίνων τον ἀδελφον, istum scilicet doctorem alius societatis, scholae Paulinae; *κρίνειν* est *κατακρίνειν*, atque sic palam est, tales censores studuisse suis rebus et partibus, non vero proferendae societati christianae. Paulus non raro loquitur de talibus detractoribus et calumniatoribus, atque muneris sui integerrimam indolem aduersus illos defendit; itaque mirum non est, etiam *Jacobum* aliosque Apostolos eidem vitio se opposuisse, talibusque corruptoribus communis doctrinae viam obstruxisse. *κατὰ λαλῶντες*, scilicet *ἡμῶν*, aut *τῶν χριστῶν*. Est enim intelligendus *νομος τελειος της ἐλευθερίας*, cap. 1, 25. seu illud idem fundamentum, quod posuit Paulus, 1 Cor. 3. cui alii lignum iam et stipulas, seu Iudaismi continuationem parum recte, imponere volebant. Res ipsa est facillima; eam ill. *Michaëlis* ex *Whitby* diligentius iam confirmauit. Sed hoc ipsum nos porro inde colligimus, agi de *doctores*, qui Iudaismum cum lege seu religione christiana coniunctum ibant; huius rei sic continuandae studium vix quaeri potest inter homines, qui solent aliis obsequi; doctorum igitur est. Addimus locum ex Testamento *Leui* num. 16. qui prophetae instar, de Iudaeis hoc portendit, — — *ἀνδρα, ἀνακαινοποιεῖντα τον νομον, ἐν δυνάμει ὑψίστης, πλανῶν προσαγορεύσας τε* — Hoc est *κρίνειν τον νομον* Christi, Iudaismum

daismum porro necessarium iudicare, atque ideo contradicere aliis doctoribus. Tales erant, qui Galatis circumcisionem, post baptismum, imponere audebant. De ista *concorporatione legis et euangelii Tertullianus* satis verbose narrat, et *Marcioni* irascitur, qui talem concorporationem Catholicis ita tribuisset, ut post Apostolos et contra Apostolorum doctrinam talem corruptionem procuratam fuisse statueret. Satis obscura est ista accusatio, quam *Tertullianus* suo more, calide et callide instituit; sed sine documentis rerum, quibus maxime opus est, et quorum repraesentatio difficilis esse non poterat.

εἰ δὲ νομὸν κρείεῖς. Alium igitur hic describit, quam capite 1. qui caruisse videtur vera et accurata cognitione christianae doctrinae. Hic autem non ignorat, alios doctores apud alios auditores porro non commendare iudaicas leges; sed hanc doctrinam arguit, damnat; tantum igitur abest, ut sit ipse iam ποιητῆς huius νομῆς, utque ipse et desinat ἰσθαιζειν, et alios sapienter a Iudaica consuetudine auocet, ut potius seget se ab illis mitioribus doctoribus, aut se subducatur, si occasio sit, quae rem aperte ostendat; sicut de *Petro* narrat Paulus Galat. 2.

ἀλλὰ κρείττης, reprehendit, damnat hanc summam et arcem christianae religionis. Simillime Paulus negat, grauissime negat, Gal. 5, 1-4. eum veri ingenii Christianum esse, qui porro legem Moysi statuatur esse necessariam ad διαίτησιν. Ista historia Galatarum, quos quidam studiosissime ad continuandam legem mosaicam impellebant, praeclare illustrat hanc causam, quam agit Iacobus. Nec Actor. 15. debet negligi; iidem enim ψευδαδελφοί, qui hic rem agere audebant,

bant, cum spe ista excidissent, tamen alias per
vrbes et prouincias porro ista consilia secuti sunt.
Igitur et Paulus Romanos antistites vult mites es-
se atque benignos arbitros in hos ἀδελφεῖς, Rom.
14, 1. iubet eos προσλαμβάνεσθαι — μη κρι-
νέτω, eodem verbo, v. 3. 4. v. 13. sic et Coloss.
2, 16. nemo vos κρίνεται, in cibo, potu, etc.
Ad rei ipsius illustrationem Pauli ista disputatio
maxime pertinet.

v. 12. Nos enim Christiani vnum tantum
auctorem legis nostrae scimus, Christum; huius
vnus est haec auctoritas, vt pronuntiet de ho-
minum salute atque interitu. (Vult autem
omnes homines beneficiorum Dei non minus
participes esse, quam eos, qui ex Iudaeis orti
sunt.) Tu igitur, quis tandem es, quod
damnare audes istum alium, (qui non obseruat
legem mosaicam?)

v. 12. εἰς ἐστὶν ὁ νομοθέτης, Deus vtique; alii in-
terpretes malunt Christum nominari; ad rem et
sensum nihil interest. Deus per Christum, vt
olim per Moysen, sed nouo iam auctoritatis omine,
quod Christus legem Moysi non continuauit, nec
Christianis cunctis imposuit. Illud εἰς plane sic
intelligendum est, vti apud Paulum, ἀλλ' ἡμῖν
εἰς θεός, εἰς κύριος, et Rom. 14. saepe opponit,
κύριον, et θεον, qui potest προσλαμβάνειν, et
κρίνειν, ibid. v. 3. 4. quod est σώζειν. Iure hic
monuit Bensonius, solum Christum hac auctori-
tate pollere, vt ordinem σωτηρίας sanciat; Ioan.
5, 27. post Christum nulli homini, concilio, pa-
pae etc. haec auctoritas competit, licet multi Chri-
stiani seriores, satis saepe, hos Iudaizantes imi-
tati

tati sint, qui suam ipsorum intelligendi consuetudinem et *συνηθισιν* etiam aliis Christianis sic imponere solebant, ut negarent, (se scire, credere, opinari posse) tales salutis aeternae participes esse, qui differrent intelligendi et loquendi modo. Tales Christiani fuerunt ex *ἀσθενεσι*, fuerunt adhuc *νηπιόι* in Christo, seu minus exercitati in cognoscendo iure christiani hominis. Similiter hic Iacobus permittit Iudaizanti istam priuatam consuetudinem; sed vetat, *ἡγεῖν τὸν ἑτεγον*. Haec est clarissima formula *iuris priuati* omnium Christianorum, qua illud conscientiam regit; ius autem externum et publicum permittit Paulus et Iacobus sociis coeuntibus in vnam quasi familiam, pro loci et temporis varietate; nec enim Paulus Iudaizantes omnes coegit in suam societatem transire; nec Iacobus concessit aliquid Iudaizantibus in istos Christianos peritiores aut liberos a lege Moysi; vult tamen Paulus conscientiae causa cedere aliquem in rebus vitae externae; non suae utilitatis causa, quam nullam inde sperare poterat; sed *fratris* causa, ut ista oeconomia sua fratrem imperitiores manu quasi ducat, ne pede offendat, ne animum et conscientiam corrumpat. Haec sapientissima et benignissima cautio, ista docendi et agendi tam studiosa ratio, bone Deus! quam hodie dedito consilio ab illis non solum negligitur, sed etiam vituperatur et reprehenditur, qui *unicam* tantum formulam religionis sic prae se ferunt, ut ne vllus locus superfit *priuae* meditationi, praxi et experientiae; sed ut omnia ex vnius ingenio, nouum in modum statim ordine describantur; quod idem est, ac religionis christianae illam indolem tollere atque opprimere, qua est liberrima et qua maxime in animo valet. Nulla demonstratio motet et afficit, praxin et usum conscientiae; libertas, inti-

ma



ma animum ipsum impellit. *Hanc libertatem* omnium Christianorum sanctissima iuris in Germania publici sacri formula, post longa bella, felicissime nobis confirmavit.

συ τις εἶ, ὃς κρινεῖς τὸν ἕτερον, simillima est Pauli illa oratio, Rom. 14, 4. συ τις εἶ, ὃς κρινεῖς ἀλλοτρίων οἰκετην. Haud dubie et Christus eodem omine dixit Luc. 6, 37. Matth. 7, 1. μὴ κρινετε, μὴ καταδικάζετε, scil. τὰ ἑαυτῶν, atque Ioannis sententia, nolite iactare, nos sumus Abrahami posterī, scil. gentes autem sunt impuræ. τὸν ἕτερον, qui non est ex tua familia et societate quotidiana aut vſitata, domestica. Interrogatio hæc continet seueram prohibitionem talis ἀλλοτρίοῦ ἐπισκοπίας, vetantur Christiani ex Iudæis reprehendere et vituperare Christianos ex gentibus; quia vtrique soli Deo, vni Christo, subsunt. Iam intelligi profecto non potest, quo christiano iure factum sit, quod vnica societas seu familia christiana omnes alias subiecerit sibi, nomine æternæ salutis? Iure enim externo, ob consilia externa, coniungi potuerunt societates quotquot voluerunt; de hoc nemo dubitat; sed quo iure *Augustinus* illud, *compelle eos intrare*; transferre aulus est ad nolentes, ad inuitos, ad resistentes? Nullo sane iure, nec christiano, nec humano ingenuo. Vnusquisque Christianus, quod ad vſum conscientiae attinet, cum Paulo dicit, 1 Cor. 4, 3. 4. a domino tantum sententiam ferri posse scio, de mentis meae indole intima. Quicquid autem ad humanarum rerum modum externum pertinet, subsunt Christiani legibus humanis; solam libertatem conscientiae ipsis eripi, non ferunt.

Sectio



Sectio VII. v. 13 — cap. V. 1-6.

v. 13. Sed et alios noui apud vos, ab audienda et suscipienda christiana doctrina tam alienos, ut alius alium quasi hortetur, ut, neglecta hac opportunitate, audiendorum doctorum, praeferat potius pristina studia et negotia. Sunt igitur, qui hoc modo se excusant; nobis iam non licet operam dare vestrae institutioni; hodie, vel cras iter nobis suscipiendum est in hanc illamque urbem; ibi per anni spatium commorabimur, mercaturae causa; nec enim isto lucro lubenter caremus, quod inde ad nos redire solet. (Itaque non possumus nos socios addere, aut obsequi his institutis nouae societatis, quae hic colligitur.)

v. 13. ἀγὼς νῦν οἱ λυγόντες. Transiit ad aliud argumentum; postquam reprehenderat istorum doctorum malignitatem, qui scholae Pauli solebant detrahare, atque ab omnium Apostolorum doctrina ipsi multis opinionibus recedere: iam ad istos alios Iudaeos oratio se conuertit, qui aberant quidem ipsi a vana spe et inanibus votis, sed simul negligentissime de religionis nouae indole statuebant. Esi enim plerique omnes interpretes hic nihil aliud vident, quam praesidentiam quasi istam, studiumque immodicum rebus humanis gerendis impensum, quo mercatores et negotiorum gestores feruntur, tamquam satis certi de vitae suae longo adhuc itinere: nos tamen vix dubitamus definire adhuc studiosius hoc vitii genus; ut Iacobus reprehendat contemptum quasi publicum christianae doctrinae, quae sensim hac illa in vrbe sole-

solebat propagari. Nobis iam otium non est, o boni noui doctores; nobis per longe pinguiora et maiora negotia non licet, vobis operam dare, vobis adlidere docturis. Parcite igitur operae vestrae — Huius certe generis oratio maxime conuenit huic loco; disputabant Iudaizantes, de rerum romanarum conuersionibus; probiores doctores contemnebant. — Hi iam, quos Iacobus alloquitur, neutris dant operam; rident aut contemnunt istam diligentiam; tempus et otium in alias operas consumunt.

σημερον ἢ αὐριον. Alii praeferunt, καὶ loco ἢ, si quid statuendum sit, malim *neutrā* voculam scribi. προεστωμεθα — ποιησωμεν, — εμπορεστωμεθα, καὶ κερδησωμεν, sic codices quidam exhibent, cum alii tantum *indicatiue* legant. Sic et critici sunt diuisis sententiis. Atque est satis difficile, cum sensus sit fere idem, de scriptura prima ferre sententiam. Praeferrem tamen indicatiuum et ipse; illud αὖτε videtur alteram scripturam adiuisse.

εἰς τὴν δε τὴν πολιν. Nempe vel hinc patet, hanc Epistolam ad vrbes celebriores destinata esse, quae a Iudaeis praecipue frequentabantur; prout quaeuis vrbs opportuna esset siue habitationibus disperforum Iudaeorum, siue ipsis negotiis, quae maxime curabant Iudaei. Alii igitur se excusabant, iam iter suscipio *Romam*, *Alexandriam*, *Tyrum*, *Antiochiam*, *Ephesum* etc. Sic bene explicauit Ill. Michaelis; sed nos addimus ipsam rationem, cur talia exprobrat Iacobus; quia hi ea ratione non admittebant religionis et consuetudinis correctores christianos. Simillimam Christus proposuit istam parabolam excusantium se, cur interesse epulis non liceat; duxi uxorem;

N

emj

eni boues etc. i. e. longe alia negotia praefero;
doctrinae meliori discendae, audiendae iam deest
otium.

καὶ πομπόμεν ἐκεῖ ἐν αὐτῶν ἐν αὐτῶν, phrasis ipsa,
παρὸν ἔχον, μὲν τρεῖς etiam occurrit Actor.
15, 33. 18, 33. 20, 3. Annum nominat, loco
temporis incerti, longioris. Res istas nobis visi-
tatas curabimus; quis fidem habeat his tristibus
doctoribus, qui varia mala portendunt. Inest
contemptus nouae doctrinae; cuius propheticum
argumentum de instante gentis excidio, imperi-
tiores multi ne tanti quidem faciebant, vt paulo
plus temporis tribuerent his auctoribus.

ἐμπορευόμεθα, mercaturae nostrae potius
operam dabimus. Res autem eadem describitur,
quam Christus significabat, semen cadere in spi-
nas; i. e. περισπᾶς τὰ βία opprimere vim doctri-
nae. Multa, plurima, hanc in rem occurrunt
in libris *Hermiae*, quae istam rerum humanarum
curam nimiam reprehendunt; e. c. lib. 1. num. 6.
cum venerit tribulatio, propter diuitias et negotia-
tione suas abnegant; lib. 2. mand. 10. — tantum
crediderunt; sunt inuoluti in negotiis hominum
ethnicorum; libro 3. simil. 1. quid hic emitis
agros et apparatus lautitias — simil. 9. n. 20. tri-
buli et spinas; sunt — diuites quidam; pluri-
mis adstricti negotiis. Hic auctor *credentes* seu
Christianos sic describit; qui non adiungunt se
seruis Dei (i. non sunt in conuentibus Christia-
norum) — metuentes, ne quid poscatur ab eis.
Non alienus est et hic sensus, scimus enim Pau-
lum a suis discipulis saepe expetisse continuatas
quasi eleemosynas, quoties conuenirent.

v. 14. Vos tamen iidem minime nolitis, quid
crastino die futurum sit. Ita enim vita vestra
qualis

qualis tandem est? (vt tanta fiducia iam constitutis omnia, quasi satis certi, de continuatione vitae.) Nempe tenuis vaporis instar habet, quae per breue tempus apparet; et postea oculis subducitur.

v. 14. οἵτινες ἐν ἐπιστολῇ τοῦ τῆς αὐρίων. Simillimas multas sententias ex variis scriptoribus collegit hic *Wetstenius*, et *Iustinianus*; sacra autem carmina *Bensonius* excitauit longo ordine; idem monuit, hanc partem, quae v. 14. continetur, in parenthesi seiungendam esse; vt v. 13. et 15. arctius cohaereat. Licet etiam intelligere de magistris, qui certum lucrum ab imperitis et rudibus hominibus exspectabant.

v. 15. Pudeat sane eius leuitatis et negligentiae! Oportebat talem potius sermonem vestrum audiri: si dominus, vitae nostrae arbiter, voluerit, et vita nobis superfuerit, hoc vel illud negotium capeffemus.

v. 15. ἀντί τῆς λεγέιν ὑμᾶς. Adeo Christianos, qui iustum pretium rebus omnibus statuere debent, non decet ista leuitas, securitas, arrogantia, vt obliui esse videantur formulae praecipuae Christianismi, quae quotidie admonere iubebat, ea fieri in caelo et in terris, quae Deus voluerit; non quae homines sibi proponunt.

ἐάν ὁ κύριος θελήσῃ. Pauca et clara verba rem ingentem et sanctissimam describunt; summa enim felicitas hominibus sic persuadetur et continuatur, si discant ex Dei voluntate pendere vitae vsuram omnem; itaque et ad Dei nutum illa Chri-

stianos uti debere. Videtur Iacobus istam orationem respicere, Matth. 6. et admonitionem, Dei summas esse partes, non hominum, in prospiciendis illis, quae pertinent ad vitam humanam. Illud καὶ ζήσωμεν, refertur ad v. 14. ποιεῖν ἢ ζῶν ὑμῶν.

καὶ ποιήσωμεν; alii praeferunt ποιήσωμεν, et antea, ζήσωμεν. Sed ζήσωμεν praeferendum est. Illud καὶ malim et ipse *abesse*; abest certe adhuc a *Syro*, a *vulgato*, atque ab vno codice *Bezae*; sic certe *Beza* ipse indicat. Illustri Michaelis hic aliter videtur; quod licet. Nec assentior, quod *Beza* huc afferat 2 Cor. 11, 25. ἐν τῷ βυθῷ νηχ-
θημερον πεποίηκα; hic enim additur verbo ποιή-
σωμεν, τὸ τοῦ ἑκείνου, quod nec eo, nec ad ne-
gotiationem trahi potest.

v. 16. Iam vero assuefacti estis omni iactan-
tiae et superbiae generi; atque istam animi feri-
tatem laudis loco ducitis, (aliorum modestiam
et pietatem contemnitis.) Sed omnis huius ge-
neris gloriatio vituperio iusto non caret; tan-
tum abest, ut laudis loco haberi possit.

v. 16. ἐν ταῖς ἀλαζονείαις ὑμῶν. Est et haec pars
historica, sed caremus commoda luce; aliquid
lucis tamen colligere possumus ex istis libris *Heri-
mae*; qui de *credentibus* Christianis) sic loquun-
tur, ut multa reprehendant; praecipue nimiam
curam *negotiorum*. Iunxit et Ioannes ἀλαζονείαν
βίαι, quae sit ἐν τῷ κόσμῳ, 1 Epistola 2, 16.
Reprehendit Iudas v. 16. eos, quorum os effutiat
ὑπερηφανία, qui suae vilitatis causa hos illos ho-
mines laudent; Petrus autem describit 2 Epistola
2, 10. 12. 13. 14. 15. qui τὸν μῦθον ἀδικίας prae-
fer-

ferrent; admonet etiam 1 Ep. c. 3, 10. vt Christiani linguam et vitam compescant; et c. 2, 16. ne libertatem sic ament, vt sit simul *ἐπιταλυσμα της ἀδικίας*. Facile igitur intelligimus, fuisse Iudaizantes, qui superbius iactarent, quas res iam ausi essent et adhuc efficiendas iam proposuissent; qui tantum aberant, a ferendis variis incommodis, quae perpetienda essent ob talem religionem, auctoribus praecipue Iudaeis: vt potius par pari referre sustinerent, (1 Cor. 6, 1. *τολμῶντες κρινεσθαι ἐπὶ ἀδικῶν*) et, quasi rei bene gestae laudatores vltro essent.

πᾶσα καυχῆσις τοιαύτη, quasi permitteret innocentiae et conscientiae probam vocem. Similime dixerat Paulus de *αλαζονείᾳ* quorundam *φυσικοθευτῶν* Corinthi 1 Epist. 5, 6. *ὃ καλεῖτο το καυχῆμα ὑμῶν*, addita ratione, quae huc maxime pertinet, cur *πανηγά* dicenda sit, quia *μικρὰ ζυμὴ ὅλον το φύραμα ζυμοί*. Tales sententias ego tantum de doctoribus intelligo; *κερδήσομεν* est idem vitium, quod Paulus non raro reprehendit, certe in doctoribus, auctoribus familiarum separatarum, quas omni argento emungere solebant istis institutis. Sed et *Ioannis* epistola prima cap. 2. praecipue tales exagitat, qui v. 18. 19. *ἀντίχριστοι* dici debeant, et e societate Apostolorum vltro secesserint. Luculenter *Paulus*, *Petrus*, *Iacobus*, *Ioannes*, *Iudas* consentiunt in doctrina et in reprehensionibus; multa *πνεύματα πλανά* exierant; multi palam abutebantur hominum incitia et imperitia, in propriam vtilitatem.

v. 17. Quod si vero et ipsi talia non ignoratis, (vt vix ignorare potestis;) debebatis etiam hoc scire, vnumquemque peccati crimine non

carere, qui sciuerit quidem, quid ipsi faciendum sit, quia sit ipso dignum; et tamen id praestare ultro nolit.

V. 17. *εἶδοτι ἐν καλὸν ποιεῖν.* Nempe certissimum erat, doctrinam Apostolorum esse alius arguementi; nec isti impostores eam ignorabant; itaque breuissime tantum sententia de illis fertur. Inest autem summa commendatio religionis; docet homines etiam non philosophos *καλὰ ποιεῖν*, hoc studium propriae virtutis varie cohaeret cum ideis, quae fundamentum et adiumentum menti sufficiunt, ad recte et bene agendum; conscientia iam ipsa vniuscuiusque fert sententiam, vtrum ipse *καλὰ καλῶς* agere studeat. Theoria nulla, licet subtilis et sedula, Christianum ipsum iam efficit; solum studium *καλῶν* et *ἀγαθῶν*, facit Christianum, qui vel crassioribus ideis a virtute non seiungitur.

ἁμαρτία ἐστὶ. Haec definitio illa omnia complectitur, quae hominis conscientia hic suggerit; *tu sciisti καλὸν ποιεῖν*, tu non fecisti; contraxisti ergo tibi *ἁμαρτίαν*. Vis autem et ambitus huius nominis est ingens; licet maior aut minor, pro hominis statu et usu morali. Christianus autem etiam alias propositiones ipse reperit et sancit, eodem conscientiae iure; *tu non scis καλὰ ποιεῖν*, tu abes a delectatione, quam capere debebas ex hac scientia sacra; *tu praefers aliarum rerum cognitionem etc.* Item has: *tu scis*, maxima *καλὰ* tibi parata et nota esse beneficio Christi; *tu scis*, *πίστιν* vincere visum sensumque et rationis subtilissimae ministerium, ratione tuae domesticae utilitatis et salutis; igitur si tamen aliter feceris, *ἁμαρτία* tibi est. Latissimus hic campus pro-

propriae religionis, limitibus circumscribi non potest ab vilo homine. Nullo sane iure quidam audent aliorum conscientiae iuuandae operam dare, qui suam ipsi laedunt et peruertunt *πονηροῖς ἔργοις*, a καλοῖς alienissimi.

CAP. V.

v. I. Iam ad vos istos alios, vertit se oratio, qui diuitiis ita florere videmini, vt ideo abhorreatis a tam tenui et exili Messia; tantae iam iam instant et impendent vobis aerumnae, vt quasi oculis et auribus iam vsurpem istas ciulationes vestras! (Tanta erit et tam tristis rerum vestrarum conuersio.)

v. I. ἀγε νυν οἱ πληστοί. Nempe et hi sciebant, quid agere ipsos oporteat; non opprimendos esse pauperes; diuitiis non abutendum esse. Fuisse inter Iudaeos, extra Palaestinam, multos satis diuites, luxuriae deditissimos, et iudaicae religionis parum castos amatores, vel ex *Philonis* multis locis constat; qui grauissime reprehendit commensationes et vitae deprauationem publicam.

κλαυσατε, stilo prophetico imperat, vt rem certissimam demonstret; *slebitis*; instat hoc ferale tempus. ὀλουζόντες, saepissime hebraicum *לח* sic graece transfertur; videtur ad ὀνοματοποιήσιν naturalem pertinere. Describitur autem ingens luctus, qui acerbi doloris et moeroris multa signa prodit.

ταῖς ἐπερχομέναις, praesens [voluptatum illa consuetudo paulo post locum non habebit; *super-*

peruenient, poenae scil. non deerant Iudaeis tam improbis et flagitiosis; succresceret ista malignitas et tandem modum omnem superabit; sic homines solent suo iumento mala sibi attrahere. Nec inest orationi difficultas, quae recte per *Apostropham* explicatur, atque ad istos Iudaeos conuertitur, qui Christianis se tam atroces dominos aut socios exhibebant. Per omnes provincias et urbes Christiani tamquam apostatae premebantur et vexabantur a Iudaeis; itaque ubique Iudaei multi aderant, ad quos pars Epistolae, licet Christianis destinatae, respicere poterat; imo, non respicere non poterat, praecipue quae ab Apostolo scripta esset, qui non ignorabat Christianos de aduentu Christi multa iam opinari, multos etiam falsa non pauca sperare. Iudaeos autem continuare publicum odium in Christianos, et Romanos iis non obscure fauentes. Pertinebat igitur ad Christianorum fiduciam et spem confirmandam, quod tam graui et seuera oratione in istos Iudaeos vtatur Iacobus; qui, longius per tempus Hierosolymis versatus, Iudaicam malignitatem et coeuentia indicia fatalis rebellionis, non minus sciuerit et declarauerit, quam Paulus et ceteri Apostoli.

v. 2. Diuitiae istae vestrae, apothecae vini, frumenti, olei — putredine quasi corrumpuntur. Vestimentorum istam varietatem et pulchritudinem, tinearum multitudo vorat.

v. 3. ὁ πλετος ὑμῶν, putredine corrumpentur omnia frumenti genera, oleum, vinum, poma, carnes, pisces etc. quibus antiqua per tempora *diuitiae* maxime solebant describi. Nec ipsi poteritis vti his diuitiis, nec mercatorum mora permu-

mutare; vos nullo tempore illis vtemini, vt putredine quali pereant.

σθητοβρωτα, Hiob 13, 28. extat, ἰματιον σθητοβρωτον, non erit otium vobis, mutandarum tot vestium; non manebitis in palatiis et aedibus istis.

v. 3. Illa vis auri et argenti, quam egenis surreptam reposuistis, aerugine vitatur; atque eadem aerugo, quae in eo nascitur, testimonium quasi perhibebit apud Deum aduersus vos; atque atrox poenitudo carnes quasi vestras exedet, sicut ignis. Talem thesaurum coaceruastis in nouissimos dies istos, qui iam oriuntur.

v. 3. κατιωται, nempe speciem istam aeruginis describit, quae et auro accidit, licet proprie aerugine non ipsum corrumpi possit. Viridem quasi colorem adhaerere auro, e. c. diu defosso, aut acri humori longa in quiete exposito, non est ignotum. Describitur igitur talis diuitum status, vt inuisere et manibus terere auri et argenti defossi copiam iam non possint; a patris laribus abducentur.

εις μαρτυριον ὑμιν εἶσαι, hic futurum tempus adhibet; vnde satis clara sunt, quae antecedunt. Marci 6, 11. εις μαρτυριον αυτοις, excutite puluerem; et sic saepius. Non poterunt impietatis suae memoriam et conscientiam fallere; quoties cogitabunt amissas istas diuitias, acculabunt simul istam impietatem, quod iniustus modis omnibus eas corrauerint, et quod merita poena hac carere non possint.

ὥς πυρ. Ignem vorare humanas carnes, iam Homerus dixit, Iliad. ψ. v. 177. seqq. ut saepe dixit, cor edere; alia loca e sacris libris etiam addidit *Bensonius*. Continuus moeror, (sed et famēs, penuria ciborum, quos alieno in loco collegistis,) depascet istud obesum corpus. Malim tamen vetustam scripturam restitutam, quae non videtur superesse; adeo clara sunt additamenta ad hanc sententiam, inde a longo tempore. Nam in *alex.* repetitur hic, ὁ ἰός ὥς πυρ, quae additio etiam in *Syra* secunda legitur; nempe ex alexandrinis. Iam *Syra* translatio plane non habet ὥς, atque iungit πυρ cum ἐθησαυρισατε, itaque hic *nondum* in graeco fuit ὥς. Iam si vel vnus codex superesset, a quo πυρ abesset, non dubitarem additum esse ex Psalmo 21, 9. καταφαγεται αὐτες πυρ, sicut *vulgata*, *aethiop.* addunt, *iram*, ad verbum thesaurizastis, ex Rom. 2, 5. Alii reperierant ὁ ἰός, quod superest in *alex.* alii πυρ, inde vtrumque scripserunt, mutato ὁ ἰός in ὥς. Sic et *Oecumenius* sufficit occasionem dubitandi, de constructione; nam is ita vult et iubet construi, ὁ πλατος ἡμῶν, ὃν (sic vult addi, ὃν) (ὥς πυρ) ἐθησαυρισατε, καταφαγεται τας σαρκας ὑμῶν. — et porro, in vltimis diebus εὐρησετε τον πλατον ὑμῶν, ὥς πυρ ταμειυθεντα ὑμιν εἰς ἐλεθρον; sic et *Theophylactus* explicat. Ista difficultas videtur ostendere, *seiuincta* fuisse, ἐθησαυρισατε etc. tamquam nouam sententiam; alios πυρ addidisse ad καταφαγεται, alios vero ad nouam sententiam reiecisse. Atque sic 12 codices, atque editio complutenfis; syra etiam et aethiop. Sed *sicut ignis* *vulgata* retraxit ad καταφαγεται, sic et *itala* facit; sed porro addit, thesaurizastis *et* in nouissimis diebus; quasi legisset, ἐθησαυρισατε (τε) ἐν — Optime! sensu satis grandi; sed superest dubitatio,



tio, ὁ ἰός — Φαγεται σαρκας ὑμων, omnes intelligunt; sed an ignis etiam a Iacobo nominatus fuerit, dubito. Cumque sit antiqua dubitatio, quorsum pertineat πυρ, arbitror *additionem* esse. Facillima enim fuisset interpretatio, si legissent antiquitus, ὡς πυρ, nec eo venire quidam potuissent, ut iungerent ὡς πυρ cum verbo ἐθνησουργισατος. Aerugo interni morbi more vorat; sic *famem* simul describeret; ignis autem picturam puto alienam. Haec etsi nec mihi iam satisfaciant, iure tamen quaestionem habendam esse statuo, de prima lectione,

ἐν ἐσχάταις ἡμέραις, phrasis Iudaeis satis nota ex istis hebraicis prophetis; quam multi adhibuisse videntur ad stabiliendum aliquem computum et temporis ordinem, cuius postremam partem praecessit alia longiori. Nempe aut intelligebatur tantum de tempore omni reipublicae iudaicae; ut tamen aliorum regnorum et populorum tempus continuaretur, post finitum quasi orbem iudaicum; aut ἀπλως, de tempore rerum humanarum omnium. *Petrumque* comprehendebatur ista graeca phrasi συντελεια τοῦ αἰῶνος, quam alii similiter tantum de *aeone* iudaico, alii de *aeone magno*, maximo, rerum humanarum omnium termino, sumebant. Itaque eodem tempore inuenimus duplicem et diuersam explicationem; atque *Messiae* etiam tempus duplici hoc modo solebant Iudaei metiri. Hic autem dubitari nequit, ultimum tempus aeonis iudaici intelligendum esse, quod Christiani iam instare credebant, licet Iudaei minime crederent. Non negamus, etiam multos Christianos de hac causa multa ipsos reperisse et informasse, quae vera non essent, quibus exitus non respondit, quod conuenit in Iudaizantes istos et Montanistas; sed vel
ista

ista aberratio non fecit, vt christiana religio aut his plane deesset, aut apud alios similibus futurarum rerum studiis impediretur. Sensus est: o vos miseros! putastis, vos satis securos operam dare colligendis opibus; sed collegistis vobis alium thesaurum, malorum, suppliciorum, quo iam potiimini, Dei iusto iudicio iam puniendi.

v. 4. O rem atrocem et foedam! Solebatis istam operariorum et seruitiorum multitudinem fraudare iusta illa mercede, quae debebatur hominibus, qui labores continuos deuorabant. Hi iam diu clamorem sustulerunt ad coelum; tandem ista continua vociferatio in aures quasi Domini Sabaoth penetrauit. (Hunc iudicem quomodo vos feretis!)

v. 4. ὁ μισθός — κραζει. Similes multae phrasae occurrunt in sacris libris, inde a Genes. 4, 10. 18, 20. Exod. 2, 23, 24. itaque Tobias iubebat μισθὸν ἐργατῶν non αὐλιεῖν, Tobia 4, 14. Perspicimus ex hac reprehensione, multas per vrbes et provincias hanc epistolam missam fuisse, quia auaritia et malignitas diuitum Iudaeorum accusatur, cui non tantum vna in vrbe locus fuit. Ad Deum, ad caelum clamare quaedam scelera et flagitia dicuntur, quibus inter homines deesse solet iustus iudex. *Messores* tantum nominantur, quia maior multitudo esset; multi alii operarii simul intelliguntur, quacunque tandem ratione iusta mercede priuari solerent.

κυριε Σαβαωθ, vtitur hac descriptione, quia de Iudaeis agit; Dei tremenda potentia sic describitur, qui infinitis quasi copiis et exercitibus instructus

structus sit. Videtur subinnui romanus exercitus, qui in Iudaeos rebelles iam iam parabatur; similes sunt minae Iesaiæ 5, 16. *In aures intrarunt*, i. e. exauditaæ sunt. Desumpta est descriptio a rerum humanarum modulo; est autem maxime frugifera, plena solatii et animorum motibus et tædiis superandis aptissima; licet homines sensim discerent, Deo nec auribus opus esse nec oculis aut manibus.

v. 5. Vos enim nihil tetigit aut commouit ista tot hominum tam horrida miseria; vixistis in omni deliciarum et lasciuiæ genere in terra; (ex istis rapinis et iniuriis,) in epulis et conuiuiis, sicut illi solent, qui aliquando mactant victimam; (sed profecto hoc fatis, ut vobis instet quasi dies mactationis.)

v. 5. ἐτρύφησατε, describitur talium hominum consuetudo Sapient. 2, 6. seqq. Iesai. 5, 11. seqq. 1 Petri 4, 3. Etsi enim hic additur, more τῶν ἑθνῶν, tamen vel *Philo* queritur, de Iudaeorum immani corruptione, epulis, et vitiis publicis. ἐσπαταλήσατε, est λιαν τρύφην, et refertur praecipue ad eduliorum voluptatem, ad ἀσωτίαν. Tales homines facile credimus a christianis praeceptis moralibus omnino abstinuissæ. Quis autem ferat nostra aetate illos σπαταλῶντας et ἀσωτας, fumere sibi prouinciam, promouendæ religionis et virtutis, a qua tam luculenter ipsi sunt alieni!

ἐθρῆψατε τὰς καρδίας ὑμῶν, est hebraismus, qui aliquid ex physica veteri prodit; implere cor cibo et poru, i. confirmare; ψ. 103, 16. 17. ut Iosuae 5, 8. ψ. 4, 7. gaudio fruor, sine frumento, oleo et vino multo. Prouerb. 27, 9. Eccles. 9, 7. In.

Indulstis genio et corpori; abundantissime vino et cibo vos impleuistis. Vix vnus codex, loco *καθις* legit *σαρκας*, nec librarii propositum aut ingenium hic accuso; est error oculorum. *ως εν ημεραι σφαγης*, haec lectio non est integerrima. *ως abest* ab *alexandr.* itala, vulgata, copta, codice 13; sed addi debebat ab *Oecumenio* adhuc; is enim explicat de laniena Iudaeorum, a Romanis occidendorum; atque intellexit *εν loco εις*, vos *ad* diem mactationis vos sic nutriistis. *ημεραις*, in *alex.* ortum est ex vitio scribentis, qui sequentem litteram iunxit. Malui et ipse accedere *Oecumenio* et illis, qui *ως* nondum viderunt; vt antea v. 3. *εν εσχαταις ημεραις*, loco *εις*. Non raro occurrit *ημεραι εορτης*, *θυσιας*, sed tristiori omine dicitur hic *σφαγης*.

v. 6. Nec contenti, opprimere miseros istos et pauperes, iniusto iudicio experiri solebatis contra iustum et innocentem; sic vel occidere audebatis, eum, qui ne restitit quidem vobis — etc. etc. —

v. 6. *κατεδικασατε*, scil. satis longum per tempus impune fecistis, quod lubuit. Ceterum vix operae est pretium, eos refutare, qui de Christo, saltim 30 annos ante, occiso, hoc explicant; eius enim caedis rei non erant isti Iudaei extra Palaestinam viuentes. Loquitur Iacobus de vnoquoque Christiano, quem integerrima vitae ratio tamen defendere aduersus auaros dominos, aut ciues adeo, non potuit. Nec praeteriti temporis esse statuo verba, *κατεδικασατε*, *εφονευσατε*, quod *Bensonius* putabat; describitur continua adhuc iniuria et malignitas; quod vel docere poterat illud praesens, *αντιπασεται*. Iam, vt saepe

pe addere oportet sermonibus Christi et Apostolorum, nota continuandi sermonis apponenda est, etc. etc. — —

Sectio VIII. v. 7-12.

v. 7. Sed ad vos redeo, fratres, socii apostolici ministerii ingenui! Vos hortor, ut porro recta via incedatis; ut toleretis forti et constanti animo omnes calamitates, quas tot mali homines vobis inferunt; ut liberaliter istam felicitatis speciem, qua isti superbiunt, contemnatis; continue hanc animi probitatem et innocentiam usque ad aduentum domini. Exemplum agricolae vobis propono; (sumus enim et nos agricolae in agro Dei;) scitis labores et sudores eius, qui terram colit; nec tamen is postulat, ut spei suae nec periculum nec tempus intercedat. Expectat potius laboris sui fructum ex terra, eoque certius cum foenore se recepturum sperat. Impatientiam cohibet, illi semper intentus; dum accipiat pro temporis opportunitate fructuum unum genus, post alterum.

v. 7. *μνησθῆναι ἐν.* Dubitari nequit, orationem iam redire ad ipsos Christianos, qui a Iudaeis, quos inter vivebant, diris modis opprimebantur; quos igitur non raro quaedam impatientia atque indignatio tentabat, ut fere circumspicerent, utrum permanendum sit in christiana hac schola, an vero redeundum sit ad illam vitae luxuriam. Admonet igitur, ut ne a Deo, quasi nimis tardo vindice christianae religionis, auertantur.

tantur. Huius generis tentatio non rara est, nec noua; repetamus e. c. Psalmum 73. ne plura exempla, etiam Iobi illam parabolam, commemoremus; descripsit et Christus tales, qui meliorem doctrinam facile admittant; sed tempore tristiori nuntium ei remittant; non toleraturi calamitatem aut res aduersas.

ἕως τῆς παρεσχῆς τῆς κυρίας. Historicum hoc est argumentum, et illi tempori proprium, quod Iudaeorum rebellio iam glucebat; cuius fatalis et tristis euentus, veteri scripturae phrasi, *aduentus domini* dicitur. Vt Deus quasi longius abesse dicitur, si maleficia hominum per aliquod tempus impune perpetrari, et boni a malis opprimi videntur: sic *aduenire* dicitur Deus, quando iusta poena malis infertur. *Aduentus Christi* similiter *nouo sensu κατ' ἀλλοθειας*, saepius nominatur in libris N. T. contra omnem spem et expectationem vanorum Iudaeorum; quorum omnes fabulae de Messiae victoriis aduersus gentes, rebus ipsis, fortissime iam euertendae erant. *Regnum enim Dei*, tantum aberat, vt tale esset, quale solebant per vanitatem domesticam informare, genti suae scilicet proprium: vt potius tolli a Iudaeis et ad gentes transferri deberet. Fatemur, sensim demum falsas aut incertas ideas de *aduentu Christi*, etiam inter Christianos correctas fuisse; corrigi enim alio modo, quam liberaliter et ἡθικως, non poterant; sed admixti errores huius generis non corrumpebant internam hominum virtutem, quam ex noua doctrina amplexi erant; alieni, etiam in calamitatibus, a voluptatum pristina consuetudine; sicut describit 2 Petri 4, 4. hos Christianos, *κοινωνοντες τοῖς τὰ χρεῖα παθημασι*, v. 14. Dei spiritu quotidie de vera felicitate certiores, v. 15.

ὁ γωσ-

ὁ γεωργός. Dixerat Paulus 1 Cor. 3. doctores iplos γεωργός, hominesque alios agrum, quem institutione excolunt; itaque et hanc partem praecipue ad doctores refero. Spem Agricolae et Paulus proposuerat 1 Cor. 9, 10. vtique doctolibus. τιμιον καρπον, eximie conueniunt versus Tibulli, a Wetstenio allati, spes alit agricolas; spes sulcis credit aratis semina, quae magno foenore reddat ager.

ὑετον, *abest* hoc nomen, ab Itala, vulgata, copta; et codice 9. Wetstenii, seu Stephani 13. Addit ill. Michaelis aethiop. et Antiochum Homil. 110. Sed Antiochus scribit καρπον πρωιμον, quod nomen etiam in Syra 2. additur in margine. Calmetus hunc Antiochum mutauit in Ριτοrem, antiochenum. Dubitari non potest, ὑετον esse *additamentum*; pertinent ista adiectiua ad praecedens καρπον. ὑετος graecos libros plerosque occupauit inde ab Oecumenii et Theophylacti tempore; nempe sic mihi loquendum est, postquam nouae editioni Theophylacti etiam commentarium in epistolas canonicas adiicere operae pretium statuit eruditus Finetti; qui commentarius legentibus temporis iacturam imponit, sine vlla vtilitate. Adeo omnia sunt ex Oecumenio; vt, si quis omnes sententias deleat, quae sunt exempli causa, in Iacobi Epistolam desumptae ex Oecumenio, nihil remaneat, quod Theophylacti esse possit. Itaque et sumtibus nostris taediisque multis parcere potuissent curatores editionis nouae; et longe melius augustiusque mereri de critica sacra, quam isto omine factum est.

πρωιμον καὶ ὀψιμον, scil. καρπον, sunt enim terrae fructus alii tempore priores, alii ὀψιμοι. Pluuia similiter alia est prior tempore alia ferotina; sed Iacobus repeti voluit a legentibus

bus nomen καρπος. Itaque non opus est comparatione *unius diei*, cum quo totum tempus, quo semina in terrae sinu continentur, *Beza*, (et post eum ill. Michaelis) hic conferri statuit. *Hesychius*, ὄψιμον, ὅψε γεννωμενον, ὀψιτελεσον. Glossar. πρωῒμος, praecox. Sic πρωῒμα συνα, Ierem. 24, 2. Hof. 9, 12. Scimus, non raro legi ὕστερον πρωῒμον καὶ ὀψιμον, sed cum nec nomen adfuerit in prioribus libris, nec res conueniat, λαβῆ enim refertur ad ἐκδεχεται et μακροθυμων, estque complementum ipsei; stamus in hac sententia.

v. 8. Hoc exemplo incitati et vos tolerate porro ista omnia incommoda, animosque spei magnitudine confirmate; praecipite quasi illud tempus, quo magna rerum conuersio, Christianorum duram adhuc conditionem, feliciter mutabit. Aduentus enim domini quotidie magis appropinquat.

v. 8. καὶ ὑμεῖς. Patientiam, tolerantiam his commendat, qui a Iudaeis vexabantur; scimus autem doctores et antistites aliorum Christianorum praecipue vexatos fuisse, non Christianos ex populo. Iusserat et Christus ista in parabola, expectandum esse tempus; licet zizaniorum multitudo succresceret.

σθεῖξτε τὰς καρδίας ὑμῶν, translatum est ab iis, qui cibo et potu reficiuntur, et vires corporis colligunt; attulit iam ill. *Michaelis* Iudic. 19, 5. 8. Nec tamen tam spe *futurae felicitatis* ut pascantur, admoneri puto; Christiani enim felicitatem veram in se ipsis quaerere debebant; quam spe tollendorum impedimentorum et periculorum.

rum. Instat tempus, quod maiorem opportunitatem muneris afferet.

ἡ παρρησία — ἡγγίς, quasi ex ore Christi defumit phrasin Iacobus, Matth. 14, 17. Vtitur et Paulus 2 Thessal. 2, 2. et praecipitem minusque castam spem corrigit et coercet; quia temporis intervallum maius adhuc interiacebat, cum scriberet Paulus istam Epistolam, quam supererat, cum scriberet Iacobus. Sic Paulus et in prima ad Thessal. c. 4, 15. correxerat fallas ideas de felicitate inusitata, quae hac in terra instet illis, qui essent περιλειπομένοι εἰς τὴν παρρησίαν τῶν κυρίων, atque eam ob rem infelicem sortem illorum dolebant, qui interea morerentur. Scimus νηπιῖς et σαρκικῶς, seu rudiores et imaginum Iudaicarum tenaces plures fuisse, quam πνευματικῶς; istos aberrasse in fingenda historia quadam externa, quae instet; licet non alieni essent ab interno religionis exercitio, quo potius vitiorum pristinam consuetudinem exuerant. Multi igitur externam Christi praelentiam optabant, quae talibus phrasibus, aduentus, dies domini, inesse poterat, pro animorum et ingeniorum pristina diuersitate. Improperie autem intelligi debebat illa παρρησία, hoc sensim demum illi audi et rudiores discere poterant; lacte enim infantes nutriuntur, non solidis cibis. Hanc religionis, quae superstitionem et vitiositatem longam vincere debebat, pueritiam, non licet negligere aut ignorare. ἡγγίς, sufficit hoc indicium; χερόν et καιρὸς designare non opus erat, 1 Thessal. 5, 1. 2. Euerionem iudaici status publici designari, nemo dubitauit. Sic Iohannes docuit, ἡγγίς ἡ βασιλεία τῶν ἑβραίων, plura haud dubie coniungenda erant in animo; sed tempore non minus opus est ad feminandas ideas, illarumque

incrementum, quam in orbe terrarum physico. Locus iam erat melioribus ideis et exercitiis parvis, pro animorum et hominum indole varia; *aliter*, omne statim augusto, non oritur religio Caii et Titii; sine aberratione quadam nemo conscientiam exercere discit. Ipsa autem res, *παρ-
σια κυρις*, non omnis iam terminata dicitur ista clade Iudaeorum; itaque et *παρσιν* perpetuam, continuam Christiani informare potuerunt suo iure; vti Christus promisit, vbi sunt duo vel tres meo in nomine congregati, me expectantes quasi, ibi sum inter eos medius. Talia exercitia propriae et priuatae religionis sunt libera, esse debent continua ingenuorum Christianorum.

v. 9. Cauete igitur, fratres, ne alius aduersus alium ingemiscendi et imprecandi consuetudinem contrahat; ne ipsi per vos ipsos damneni. Vnusquisque potius cogitet, iudicem iam quasi ad fores adstare; (is tribuet unicuique, quae meruit.)

v. 9. *μη σεναζετε*. Satis bene *Beza* explicat, in-
testinam querimoniam, quae impatientiam de-
claret, quamuis non prorsus erumpat; addi de-
bet, *κατ' ἀλλήλων*, nempe doctores de doctori-
bus quasi querebantur, Deique ultionem impreca-
bantur, si alius alium docendi modum sequere-
tur, aut pluribus placeret, aut multum concede-
ret. Quidni liceat praecipue intelligere de diuer-
sa schola hac eorum, qui Pauli discipuli non es-
sent; itaque eadem in vrbe istam liberiore con-
suetudinem Christianorum e gentibus quotidie
comparare possent cum illa seueritate, cui adue-
ti ipsi erant?

ἵνα μὴ κατὰ χεῖρ ᾖ, ausim diligentius interpretari; ne nimia similitudo vos Iudaeis misceat, atque sic multi a Romanis male similiter habeantur, ac Iudaei. Certissimum enim est, agi de excidio iudaico, quod per Romanos instabat; si ergo talium Christianorum sententiae non obscurae essent, quae abhorrebant a societate gentium; parum discriminis supererat, quod hos tam iudaizantes Christianos a Iudaeis seiungeret. Atque vel ista historia *Montanistarum*, *Martyrumque*, qui ex hac parte nominantur, (Lugdunensium et Viennensium) docet, nimis iudaizasse hanc partem Christianorum; quam in rem et *Tertulliani* et *Irenaei* descriptiones quaedam luculenter pertinent.

πρὸ τῶν θυγῶν ἔσηκεν. Simillima est Christi oratio, Marci 13, 29. ἔγγυς ἐστὶν ἔπι θυγαῖς.

v. 10. Reuocate vobis, fratres mei, in memoriam, ista exempla antiqua vel sanctorum hominum, qui multa mala tolerarunt! Spectate nobilissimam patientiam tot prophetarum, qui et ipsi, (sicut nos) Dei oracula hominibus prodendo omne calamitarum genus quasi ultro prouocarunt et tolerarunt.

v. 10. ὑποδειγμα — κακοπαθείας, haec illustratio, quae persuadet constantem tolerantiam, confirmat nostram explicationem eius partis, μὴ σε-
ναζεστε. Nam facile credimus, illam partem Christianorum, quae Pauli et doctrinam et vitae modum facilem sequebatur, longe commodiorem viuendi rationem, certe minus impeditam, habuisse; non contentam aut oppressam a Romanis; cum e contrario isti Iudaizantes viderentur

a Iudaeorum consiliis atrocibus similiter non abesse, ut non aberant a consuetudinibus et legibus patriis: a Iudaeis tamen et ipsi male haberi soliti. Itaque *utrimque* experiebantur variam calamitatem hi doctores. Admonet igitur, ut discant *κακοπαθεῖν*, ab exemplo prophetarum, quibus ratione muneris essent similes. Nam sic describuntur, *οἱ ἐλάλησαν ἐν τῷ ὀνόματι τῶ κυρίου*. In nomine enim retineo, post latinas recensiones; nam quod *ἐν* in variis graecis deest, tam potuit oculorum accidisse vitio, qui illud *ἐν* non obseruarunt, quod per litteram ultimam verbi repetebatur, quam *ἀδδῖτιο τῶ ἐν* tribui voluit ill. Michaelis nasutulis librariis. Sed utcumque quis hoc existimauerit, ad hoc maxime attendi velim, describi igitur et hic tales *ἀδελφοί*, qui solerent *λάλῃν ἐν τῷ ὀνόματι κυρίου*, i. *doctores*; sicut saepius talia indicia obseruaui. Ipsum nomen, *ἀδελφοί μὲ*, parum absum, quin *etiam*; adeo locum non habet stabilem in libris.

V. II. Iam vero nonne isti omnes a nobis ipsis collaudantur, qui malorum tolerantia inclyti fuerunt? *Iobi* e. c. patientiam omnes saepius laudatam audiuitis; iidem etiam scitis, equem tot malorum finem, laetissimum sane, dominus procurauerit. Nempe de domini incredibili misericordia dubitare nemo potest; semper se praestitit bonis mitem et misericordem.

V. II. *μακαρίζομεν*, saltim, ita decet nos talium exemplorum spectatores agere, ut et ipsi collaudemus eos. Solemus beatos et praestantes homines nominare; conscientiae vox consentit in eorum laudem, ergo et imitandi a nobis sunt. Al-

le-

legauit iam *Bensonius* Daniel 12, 12. μακαριος ο υπομενων, pro quo alex. υπομενας, vti hic alii legunt υπομενοντας, alii υπομενοντας, quae vnus litterae diuersitas vix est, vt accuratius excutiat; *Beza* praefens praefert, *Grotius* et alii hoc posterius; his et ipse accedo, quia illa exempla omnia fuerunt temporis praeteriti.

την υπομονην Ιωβ ηκεσθε. Nondum definio, vtrum isti verbo, *audiuistis*, insit aliquid, quod obseruandum sit nobis; e. e. hos igitur *non legisse* ipsos hunc librum, qui de Iobo narrat; fateor, me parum abesse, quin sic statuam; quia publicis lectionibus is liber nondum destinari solet; itaque nec *Iosephus* vel verbulo meminit. Sed iam aliud notare ausim, non accidere temere, quod *Iacobus* hoc nomen demum post nominatos iam prophetas hic ponit; nos enim scimus, coniungi apud *Ezechielem*, et quidem bis, cap. 14, 14. 20. simili ordine, *Noa*, *Daniel*, *Hiob*; sicut hic prophetae antea nominabantur; quem recensiois, seu enumerationis ordinem minime puto hoc secum ferre, vt *Hiobi* liber et parabola iam inde a *Mosis* temporibus, adfuerit; quem librum tamen solus *Ezechiel* demum, et quidem post *Danielem*, nominat. Inde igitur demum, a tempore captiuitatis, librum Iobi recensendum esse autumo; aliis aliam sententiam scio eodem iure placere posse.

ειδετε, *nostis* transtulerunt quidam, non *vidistis*; fatetur et *Beza*, locum hoc habere posse, vt, *malit* quis legere *οιδετε*, licet *Wetstenius* hoc non annotauerit. Ceterum operae vix est pretium, *Augustini* expositionem refutare diligentius, qui traxit ad Christum. Etsi enim recte hoc vidit, ex ista Iobi historia non sequi hoc, vt omnes

tolerantes sperent, copiosissime redditum iri illa bona, quae ablata fuerunt: tamen hoc non facit, vt *Iacobus* isto exemplo ad suos lectores vti non potuerit. Facile adeo nos vel hoc dabimus, fuisse hos inter Iudaizantes, qui sperarent rerum externarum faustam conuersionem; quae opinandi aberratio isto tempore fuit plurimum; vt fuit istorum, qui querebantur, nos sperabamus, fore, vt Israel liberaretur per hunc Iesum. Diu haerent quidam errores, si semel in animum admissi sunt; tempus corrigit et hic, quod ratio statim non potest corrigere.

τελος, duo codices scribunt ἑλεος, quae singularis erroris societas auget suspicionem, hos codices descriptos fuisse, ex uno libro.

πολυπλαγχνος, simillime Numer. 14, 18. et Sirac. 2, 11. exstat πολυελεος, et 2 Samuel. 24, 14. πολλοι οἱ οἰκτιρμοι Dei σφοδρα. Siracidis locus v. 10. etiam ideo huc pertinet, quia et ibi est adhortatio similis, ἐμβλεψατε (vt apud nos εἶδετε, animo et memoria intueri) εἰς ἀρχαίας γενεάς, καὶ ἴδετε, iam sequuntur elogia Dei, οἰκτιρῶν, ἐλεημῶν. Hoc quasi ius Dei proprium Iacobus ad omnes, qui eo vti volunt, pertinere statuit; hac cognitione Dei praestat religio christiana, Matth. 6, 32.

v. 12. Ante omnia vero, fratres mei, hortor atque admoneo, vt ne istam Iudaeorum consuetudinem continuetis aut succrescere sinatis, qui iureiurando tam frequenter abutuntur. Minime ius fas est, Christianos hoc vitium porro admittere; nec Dei nomen tantum hic veto; sed et alias formulas, per caelum, per terram etc.

/etc. Date potius operam, vt sola affirmatio vestra aut infitatio non careat iusta auctoritate; ne in reprehensionem et damnationem iustam incidatis.

v. 12. *πρὸ πάντων*, ipsa ratio, cur praecipui momenti hanc admonitionem Apostolus sic distinguit, quaerenda est apud hos Iudaizantes, quorum praecipitem intolerantiam iam vituperauerat v. 9. 10. 11. Eam si non contingat omnem omnino corrigere, *ante omnia* hoc tamen curandum esse, vt abstineant a consuetudine execrationum et iuramentorum, quibus aduersus Romanos tolebant multi abuti; ab his christianos hos doctores auertere vult Iacobus; sicut Epist. Iudae reprehendit *βλασφημῶντας κυριότητα et δόξας*, v. 8. 10. quod et 2 Petri 2. legimus; fuerint igitur, quorum *παράφρονοι* (2 Petri 2, 16.) sic cohibere studet. Intelligere licet, de hominibus, qui coniurationibus talibus locum facerent, quibus alter alteri promitteret societatem et adiumentum aduersus iniurias, ad vltiōnem atrocem et immanem. Ad ipsum Matthaei Euangelium quod putant quidam respici, quod hi Christiani iam legerint, (Matth. 5, 34. seqq.) mihi nullo modo fit verosimile. Christi sententiam non ignorauit Iacobus, sed nec Christum nominat, nec vllum adest vestigium, Euangelium illud iam fuisse horum in manibus, quibus istas per vrbes hanc epistolam destinauerat; aliter multo plura carmina commodissime iam in memoriam reuocasset. Nisi placet ad coniurationem et sodalitia quasi referre, quae iureiurando firmarentur, sufficit, vituperari consuetudinem Iudaeorum, qui satis proni erant ad sacramenta effutienda; haec similitudo morum, facile secum ferebat hoc, vt tales

O s

Chri-

Christiani porro a Romanis haberentur pro Iudaeis. Igitur nec Christi illa reprehensio, nec hoc carmen Iacobi pertinet ad politicum et legitimum iusiurandum; nec opus est difficilem doctrinam inde a scriptoribus quibusdam ecclesiasticis a nobis studiosius excuti; cui rei nec alii defuerunt.

ἵνα μὴ ὑποκρισιν πεσῇτε. Forte diligentior explicatio huius sententiae aliquid lucis affert ad istam partem, cum qua sic coniungitur, *ἵνα μὴ* — Primum confirmanda est haec graeca lectio, licet et *Westenius*, istos multos secutus, ante rei criticae certiore statum, *εἰς ὑποκρισιν* praeferre voluerit. Multo iustiores arbitri sunt, *Beza*, *Bensonius*, ill. *Michaelis*, qui retinent *ἵνα μὴ ὑποκρισιν*, quam scripturam *latina*, *Syrisca*, *aethiop.* et *arab.* confirmat, cum bonis graecis libris. Ineptissimam enim legem tulit *Westenius*, plurimos codices graecos definire veram lectionem. Iam, quod ad illustrationem attinet, confero *Sirac. 29, 19.* Admonuerat antea, de periculo sponsonis; iam sequitur, *ἀμαρτωλὸς ἐμπέσων εἰς ἐγγυὴν, καὶ διωκὼν ἐργολαβείας, ἐμπεσεται εἰς κρίσεις.* Πιπτειν εἰς et ὑποκρισιν, est eadem phrasis. Iuramento se obstringere temere, pro aliis, affert utique periculum *κρίσεως*, quia multi sponsores facile deserunt. Itaque *κρίσις* non est Dei, licet plerique sic explicarint, sed potest eodem iure phraseos accipi, de iudicio humano; sed Christianos a *κρίτηρισι* Romanorum abesse voluit iam Paulus *1 Cor. 6, 1. seqq.* Si quis promiserat additis talibus formulis, facile credimus alterum, qui fidem iam falli videret, vel ad iudicem civilem causam detulisse. Audeo igitur praeferre hanc sententiam; eam, cum fere noua sit, eruditiores seuerius excutient.

Sectio

Sectio IX. v. 13-20.

v. 13. Sic et per ceteram vitam nulla consuetudo iudaica continuetur; e. c. si quis sit aegro animo, non adhibeat formulas et caerimonias pristinas; (ad abigendum daemonium;) aut execrationes euomat, sed preces ipse fundat. Si est laeto animo, non lasciuiat ore et gestibus; sed hymnos canat christiano dignos.

13. κακοπαθεῖ τις. Iam ad aliud genus vitii transit, de quo interea aliorum indicii certus factus esse potuit; supererat et hoc ex Iudaismo; et pertinet ad procurationem morborum superstitionem, quam omnino sic prohibet, quod christianum aliquem modum caerimoniarum aliarum in locum substituit. Scimus, Iudaeos quaedam morborum, atrociorum, genera tribuisse daemoniis, illisque eiiciendis adscitas fuisse varias formulas verborum et caerimonias tristes; talem igitur morborum procurationem prohibet Iacobus. κακοπαθεῖν, moerore, animi tristitia, melancholia laborare.

προσευχέσθω, scil. more nostro, christiano, non iam cogitet de poenis aliorum; ipse ore; non opus est, ut more Iudaeorum, aliis imponat hanc prouinciam; nec differat in conuentum publicum sacrum.

ψαλλέτω, *privatim* scilicet; non opus est, ut aliis praebeat talia carmina, quae animi laetioris sensum isto modo peculiari exprimunt, et quasi vaticinentur, aut mala portendant aliis. Commendauit et Paulus Coloss. 3, 16. hymnos et odas spiri-

spirituales, in animo. Possit etiam vtrumque sic intelligi, vt quidam Christiani eum adiuuent in oratione et hymnis, atque sic eum cohibeant ab aliis nimiae tristitiae laetitiaeque praecipitibus documentis. Ipse historicus sensus talium formularum videtur adhuc aliquid eius generis inuoluerre, quod sic attigimus; de *precibus* iam admonuerat cap. 1. et 3. igitur hic subesse videtur aliquid, quod fuit ab istis admonitionibus diuersum.

v. 14. Si quis morbo graui correptus sit, aduocato presbyteros huius ecclesiae; (non Iudaeos exorcistas;) hi preces christianas fundent super ipso; oleum adhibere licet, eumque vngere; sed ritu plane christiano, in nomine Domini.

v. 14. ἀδελφες, de morbo corporis intelligitur, et differt a κακοπαθεῖν, quod animi est.

προσκαλεσάτω, scil. quia ita antea solebat, cum Iudaeus esset. Occupat igitur haec admonitio, simillimam omnium ἐκκλησιῶν rationem, seu formam; quia, sine vlla circumscriptione, vbique *presbyteri* ecclesiae essent, quos aduocare aliquis posset, Allegauit hic *Wetstenius* ex Thalmude duo testimonia, quae similiter, *seniores* ad aegrotos aduocari indicant, eorumque preces commemorant; respicit igitur Iacobus ad hos Christianos, qui essent ex Iudaeis, quorum pristinam consuetudinem paululum immutat, vt Iudaismus seiungatur. Apud alios Christianos, qui non erant ex Iudaeis, haec consuetudo aduocandorum presbyterorum, non inuenitur; quantum quidem ex tot epistolis Pauli possumus colligere, qui *χαρίσματα ἰαμάτων* commemorat quidem, sed

sed sine presbyteris; *vni* cuidam adeo tribuit, 1 Cor. 12, 9. Itaque nec legis auctoritatem habet haec admonitio, quae iudaicam consuetudinem tantum paululum corrigit, ne superstitioni iudaicae simul locus esset. Satis antiqua esse videtur haec consuetudo; nam Sirac. 38, 9. iam praecipitur, ἐν ἀρρωστηματι σε, μη παραβλεπε, ἀλλ' εὐξαι κυριῷ, καὶ αὐτὸς ἰασεται σε. Facile credimus, imperitiores quosdam tantum sibi noluisse sumere, vt talium precum et votorum formulam ipsi experirentur; aduocatos igitur sentim fuisse aliquos seniores, Rabbinos, quibus facilius tantae rei auctoritas iusta tribui posset. Sic Rabbini et presbyteri quasi necessarii precum adiutores et ministri euaserunt.

ἀληψαντες αὐτον ἐλαιῷ. Haec pars aut iungitur cum sequentibus, in nomine Domini; aut interponitur, quasi descriptio vsitatae caerimoniae; vt preces iam in nomine Domini fundantur, non more iudaico. Nam vel illud Marci 6, 3. quod Apostoli oleo unxerunt infirmos, minime rem nouam interpretor, sed inter Iudaeos satis frequentatam; discrimen autem in eo ponendum est, quod iussu et auctoritate Christi daemonia eiicerent, non vsitatis vsi exorcismis; et quod similiter oleo aut balsamo vngerent, auctoritatem Christi commendantes. Atque hoc tam non fuit perpetuum, vbi scilicet Iudaei non essent, qui oleum solerent domi seruare tales in vsus: vt Marci 16, 18. tantum manus imponere iubeantur hi iidem Apostoli, si inter gentes iam agerent. Haec rei, pro locorum diuersitate, varietas tam est luculenta et clara, vt negari non possit; apud Iudaeos *oleum porro* poterat adhiberi, boni ominis causa, recuperandae valetudini suo modo profuturum; apud alios, qui eius con-

fue-

suetudinem adhuc ignorabant, non opus fuit, oleum adhiberi. Vident etiam omnes lectores, adiuumentum sanitatis hic commemorari, non praesidium et adiuumentum pacatus moriendi; ut satis certum sit, sacrum ritum *unctionis extremae*, quae morituris iam impenditur, minime ex hoc loco posse demonstrari; quem locum veteres de praesentis vitae remedio intelligere solent. Sed nec obstabimus, pio animo aliquos *imitari* potuisse hunc ritum; quis sit tam pertinax, ut hoc omnino neget? Debebant autem et isti satis aequi esse rei tam liberae arbitri, ut non legem ex hac *imitatione* facerent, cui oporteat omnes Christianos etiam nostri temporis obsequi. Sed tanti sane non est, ut repetamus theologorum disputationem aduersus romanae partis aliquos duriores interpretes; sicut de *donis miraculosis* difficiles praeceptiones non amo. *χαρισμα* ego non ignoro tribui spiritui sancto, auctori; sed non inuenio, *immediata* esse haec *dona* seu *χαρισματα*; distribuuntur per Apostolos, aut presbyteros, Caio, Titio. Nec effectus *χαρισματος ιαματων* fuit perpetuus, aliter nemo unquam mortuus fuisset, si, quoties negrotaret, repeteretur haec virtus *ιαματος*. Ista institutio videtur mihi destinata esse auertendis superstitionibus siue iudaicis siue ethnicis; administratio autem ipsa suberat iudicio et arbitrio illorum, penes quos fuit haec prouincia publica in societate. Sanandi vis a me non tribuitur his ministris aut caerimoniae, sed soli Deo, cuius benignitatem aegrotus iam ipse sperare et experiri audet; ipse ignarus quantum insit rei miraculosi, aut ex ordine naturali. Sufficit, *πισει* et preeibus tribui; at haec commotio animi sanctior saepe coniuncta fuit cum restitutione valetudinis, praecipue, si languor corporis ex animi moerore et tristitia ortus et auctus esset.

De

De his rebus vix locum hodie habet historica vera obleruatio et descriptio; recte agunt, qui Dei vim immediatam, hoc illo modo, ista *dona* miraculosa effecisse statuunt; non impii sunt, qui rebus his etiam tantum ordinis physici interfuisse statuunt, quantum locum habere, salua re ipsa, potuit. Christianae historiae antiquissimae pars est, vteunque explicetur. ἐπ' αὐτῷ videtur inuoluere impositionem manuum, quae sacra caerimonia et ipsa non caruit quodam effectu in aegroto, qui non fuit mere naturalis, pro indole animi ipsius, qua profecto adiuncta opus fuit; inuito enim, non optanti et desideranti, obtrudi non potuit.

v. 15. Atque sic talis oratio christiana sanitatem restituet aegroto, erigetque eum e lecto dominus, (multo certius, quam iudaicae caerimoniae.) Et, quamuis peccata quaedam commiserit, quorum poenam morbo hoc luere videtur, condonabuntur ei; (valerudinem recuperabit.)

v. 15. καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως. Plerique intelligunt de inusitata mentis fiducia, quā homo certus sit, tales preces hoc tempore vim hanc mirificam habituras, vt aegrotum restituant sanitati. Nec obstabo lectorum siue consuetudini, quam contraxerunt, siue conscientiae, qua libertate omni vti, maxime ius fas est. Certum hoc est, Iudaeos inde a longo tempore multum tribuisse deprecationibus aliorum, qui religionis casto vsu praestarent. Attulit illustris *Michaelis* istum locum Genes. 20, 7. atque ex eadem veteri religionis formula Ezechiel confirmat, nec deprecatores *Noashum, Danielelem, Iobum* istorum hominum atro-

atrocia fata auersuros esse. Scimus etiam, Christianis incumbere, vt *pro salute* dominorum etc. preces ad Deum continuas fundant. Sed iam res eo redit, per disputationes varias, vt de ipsa *vi* et *caussa* huius salubris euentus, statuatur; quam alii Deo, alii his orantibus etiam illorumque nuncupatis votis et precibus tribuunt; alii in ipso aegrotto effectum, non *ὁλως* miraculosum, sed et quasi physicum, licet minus notum, informant. Hoc postremum nec ipse omnino reiecerim, minime exclusa operatione Dei; per quam et orantes illi sciant, Deum hoc velle iam efficere; et aegrotus ad spem ipse inclinetur, quae salubrem motum nervis aut fluidis nobilioribus restituat. Nec enim carere potest magna vi et *ἐνεργεια* haec liberaliter precantium scena ad aegrotum ipsum, cui salubrem motum facillime impertit, si vitae continuatio superest. Atque memini satis luculentum eius rei exemplum locum habuisse Arnstadii, cum vnicus filius, depositus iam et relictus a medicis, precibus parentis, qui genibus flexis per horas aliquot lectulo adiacebat, ipse quasi commotus, iam viuere auderet. Nec contemno varias narrationes, e. c. de *Luthero*, qui *Melanchthonis* grauem morbum precando expugnasse dicitur; similia exempla vetustiora non rara sunt; sed nostri temporis frigus solet ista omnia parui pendere, quia miraculorum descriptiones parum castas quidam composuerant.

σωσαι τον καμνοντα, scil. vbi tales preces suscipiendas esse illi statuere possunt; si enim *fidelia* animi deest, tum abstinere a vana caerimonia. Obseruarunt iam alii, Romanae ecclesiae ritum vnctionis extremae, ipso consilio differre ab hac caerimonia vetusta horum Christianorum; quae tantum erat salubris indolis, cum haec Romana vnctio

vinctio sit praesidium moriendi, non vero sanitatis restituendae. *σωτηρια* similiter non raro de liberatione ex periculo vitae. *κακωντα*, caecos esse oportet, qui non videant, describi *αεγροαντες*, *αδεναντα*.

αμαρτιας, scil. grauiora peccata, quorum quasi poena haberi solebat morbus praiceps et grauis; antiquissimus est hic religionis sensus. Praeter illud exemplum Genes. 20. attulit *Bensoni* alia Deuteron. 28, 15, 21, 22. Psalm. 37, 9. 107, 17. 18. Morbo procurato, etiam peccatum ipsum, condonatum esse dicebatur, 1 Chronic. 7, 13. 14. Ies. 33, 24. Addidit illustris Michaelis clarissimum locum Psalm. 103, 3. et obscuriorem Iobi 33, 15-23. Itaque et Messias sic describitur, morbum nostrum (nostri peccati poenam) baiulauit, et eius vibice, (nos merueramus) sanati sumus, Iesaiæ 53, 4. 5. Iam intelligimus, sermonem Christi, qui paralytico dicit, peccata tibi remissa sunt, i. recuperas valetudinem. Hunc Hebraismum iure nostro distinguimus, a diligentiori rerum moralium disciplina, quae iam nostra esse debet; quod diuersum ius et fas cum alii miscerent, adhaeserunt phrasibus et ritibus hebraicis, quod Christianos meliores facere non conueniebat. Monui iam saepius; rerum *moralium* descriptiones non esse statas; nec omnes ideas de talibus rebus et negotiis debere transferri in nostra aut omnia posterorum tempora. Facile perspicimus rudiores adhuc fuisse Christianorum multorum, qui primi dicuntur ratione temporis, cognitionem et praxin *ηθικην*, ea sufficit rudibus similibus, isto in humili loco constitutis; sed non sufficit aliis, *πνευματικωτεροις*. Similiter res adhuc hodie habet, quia similis est varietas et diuersitas illorum, qui omnes dicun-

tur Christiani; aliis lac conuenit, aliis ciborum aliorum genus non potest subtrahi. Quicumque igitur hunc locum ipsi excutere possunt, quia non carent cognitione meliori: illi inueniunt historiam istorum rudiorum Christianorum, qui ex sanato morbo colligebant, veniam huius illius grandioris peccati se consecutos esse; sed hi nostri peritiores Christiani non manent intra hos rudiorum cancellos; sed, sicut peritioribus medicis hodie utuntur corporis corrigendi causa, ita notiones castiores informant de aberrationibus moralibus aliis, licet in grauiora peccata numquam labantur. Tandem paucis admonemus, vel hos hebraismos id secum ferre, ut intelligamus, scholam Pauli ab istis aliis societatibus christianis seiunctam fuisse, quae ex Iudaeis coierant, et iudaicas varias opiniones continuabant. Historicae illustrationis causa, addam illa ex *Iustiniani*, ceterum satis sobrio et frugifero, commentario. *Scholasticorum* ab aetate, quia altius quasi adscendere non licet, repetit 1) *consensum* aliquem, in hoc, sacramentum vnctionis extremae institutum esse, ad peccatorum *reliquias* abolendas; qua sapienti cautione id illi se consequi putarunt, ut rei ipsius falsitas atque indignitas auerteretur, si quis statuatur, *simpliciter*, peccata per hanc caerimoniam tolli. Hoc scilicet nullo modo ex hoc Iacobi loco effici posset, qui de peccatis insignibus, eximiis loquitur, quorum poena corporis aliquis morbus inflictus esse credebatur; morbus similiter grauis, insignis; non vero aliquis vsitatus, aut ex ipsa senectute oriri solitus. Adeo is ritus vnctionis extremae non fuit *omnium* ecclesiarum, quae potius inde a seculo 4. *viaticum*, ἐφ' ὁδὸν solebant apud morituros frequentare, sacram coenam. 2) Fatetur *Iustinianus*, non esse consensum in eo, quid sint *reliquiae* pec-

peccatorum; multos definire tantum *venialia* peccata; sicut baptismus curet *originale*; poenitentia autem peccata *letalia*. Institutum igitur esse sacramentum, ideo, quia leuius culpa mentem habebant, et vim, qua aduersus daemones pugnandum est, retundunt, animamque retardant, ne libera in coelum euolet. Alii *reliquias* peccatorum intelligunt, de facilitate ad malum, et difficultate ad bonum; vt *Trident. concilium* definiuit, *rem* sacramenti huius, esse gratiam spiritus s. quae delicta, si qua sint adhuc expianda, et peccati reliquias abstergit, et aegroti animam alleviat, et confirmat in eo magnam diuinæ misericordiae fiduciam excitando etc. Haec sufficiunt nostro consilio; nec enim exagitare volumus antiquiorum usum practicum, qui liber fuit; vt intelligendi et meditandi exercitatio omnibus libera est, pro diuersitate ingenii et status sui. Sed improbe et iniustissime illi egerunt, qui omnes Christianos *cogere* ausi sunt ad accipiendam talem vñctionem. Si absuisset illa tyrannis, et arbitrio Christianorum relictum fuisset, vtrum putarent ipsis, vtilem esse talem sacram caerimoniam: equidem nihil viderem, quod magnopere reprehendendum esset.

v. 16. Hortor etiam, vt offensas, si non sint ignotae, alii aliis, animo pio, et poenitenti, fateamini; et vt preces fundatis (publicas,) alii pro aliis, vt sanitati restituamini, si qui male faciendo morbos contraxerunt. Multum sane valet oratio pii; vi non caret.

v. 16. ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις. Pro παραπτώματα, quidam legunt τὰς ἀμαρτίας, forte *neutrum* nomen adfuit. Addunt quidam libri cum

P 2

vul.

vulgato, &v, *ergo*; quam coniunctionem etſi *Iuſtinianus* negat conuenire antecedentibus, facile tamen apparet, non ſine ſtudio partium ſuarum ipſum hanc ſententiam tuliffe, vt *sacramentalem* confeſſionem hic eo facilius inuenire poſſet. Sed omnes alii aequiores arbitri concedent, maxime *coniungi* cum antecedentibus. Certum enim eſt, aegrotum aliquem hic deſcribi *eius generis*, qui ipſe ſciat aut cogitet, hunc morbum huius, illius, peccati cauſa, tamquam poenam ipſi accidiſſe. Recte igitur hortatur Iacobus, vt neminem pudeat, peccatum hoc in conſpectu preſbyterorum fateri. Iam vero, etſi exhibilare aut omnino contemnere aliorum iudicium fas eſſe non putamus, qui *omnium ſuorum* peccatorum confeſſionem ſic prodendam eſſe colligunt, quum hic tantum *maiora* deſignentur: tamen eccleſiarum antiſtitites etiam decebat ipſos ſic amare aequitatem iudiciorum, vt vltro concederent aliis hoc ius, abſtinendi a confeſſione, quam perſpiciunt, ipſis non eſſe a Iacobo iniunctam; qui tantum aegrotos quosdam ex Iudaeis iſto modo adiutum iuit, ne iudaicae ſuperſtitioni via pararetur. Scimus autem et patres *tantum* loqui de grauioribus peccatis, ſi commendant publicam *ὁμολογησιν*. Manet igitur inſtitutum iſtud humani iuris, vt fatentur etiam quidam ex Canoniſtis; eſt conſuetudo *alius conſilii*; nec eſt omnino improbanda, quando non obſcura vtilitas hominum per eam promouetur; ſi inueniat quis hoc illud abſurdi ſimul imponi, iure ſuo vtitur, atque abſtinet; aut alio modo conſuetudinem quaſi corrigit. Certiſſimum autem eſt, bonos etiam et probos lectores ſuo vero iure poſſe hoc perſpicere, Iacobum minime loqui de ritu illo eccleſiaſtico, qui ſatis ſero demum ortus fuit; ſi aliis ſecus videtur, licet et his ſequi et praefere
ſuam

suam sententiam. Haec libertas debet in christiana republica locum habere; licet eos, qui amant talem praeparationem ad sacram coenam, conuenire oporteat, in communi quodam caerimoniae vniuersae ordine et modo; quem leges ecclesiasticae varie possunt definire. Publicae enim religionis exercitium non impedire aut molestia augere debet *priuatam* religionem, sed eam adiuvare et perficere. Si succrescit priuatae religionis ingenuus vsus, de qua re christianae vitae fructus facile fidem faciunt: tum hae illae partes publicae religionis non sunt porro aequalis necessitatis, licet imperitiores nec minoribus adiumentis ipsi carere possint.

ἐν χειρὶ τοῦ ὑπὲρ ἁλλήλων, nondum *missas* commendare potuit pro aegrotis, aut alia externa ministeria; sed *preces*; quia christiana religio internis animi motibus et studiis maxime constat. Paulo asperior hic est *Beza*: Vah! nulla sacerdotalis absolutionis mentio est! Scimus et nos, humanum ius huius consuetudinis ecclesiasticae; sed non sequitur, quicquid non inuenitur in scriptis Apostolorum, illud non consentit cum consilio Apostolorum, aut christiana religione. Fuit illud non tolerandum, quod legis diuinae instar addiderunt papae, et quod tetris mandatis, et excommunicationibus corruperunt christianam religionem. Vtilissimum tamen esse potuit ministri sacri aut doctoris hoc familiare quasi colloquium; si superstitio accessit aut malignitas, abicitur haec, sine odio iustae utilitatis. Ingens illa multitudo Christianorum variis et diuersis exercitiis adiumentisque sacris vti potest; quae omnia, sine virtute vtentium tam facile contemnuntur, quam, cum animorum iusto proposito, recte laudantur.

ὅπως ἰαθῇτε, scilicet, quotquot maioris aliquis peccati sibi sunt conscii, eiusque hanc poenam, istum morbum atrocem, procurare velint, iis opus est hoc adiumento, liberandae et pacandae conscientiae. Describitur res eadem, ac i Ioan. 5, 16. si sit ἁμαρτία, μη πρὸς θάνατον, sed ἀδικία v. 17. a qua Christianum, γεννηθέντα ἐκ τῆς θεῆς, abstinere oportebat. Sic Paulus istum ἁμαρτωλὸν i Cor. 5, 5. tradidit Satanae, scil. vt narratur de Iobi miris morbis, εἰς ὁλεθρον τῆς σαρκὸς, corporis pestiferum morbum minitatur. Nempe et hoc exemplum pertinebat ad aliquem ex Iudaeis, qui hoc poenae genus ipse non ignorabat.

πολυ ἰσχυεὶ εὐχῇ. Locum communem in memoriam reuocat; qui enim ex Iudaeis erant, ex libris hebraicis multa exempla rei iam didicerant. *Inspiratas* a spiritu sancto preces intelligunt plerique interpretes; res est verissima; sed Iacobus non circumscripsit hoc modo; nec isti presbyteri, qui aduocabantur, fuerunt omnes in statu prophetiae, licet *Eliae* exemplum allegetur. Solemus enim nos *inspirationem* alio in loco ponere, atque distinguere ab iis ministeriis spiritus sancti, quae conueniunt Christianis, *propriae* utilitatis causa. Iam de hoc non omnino constat, vtrum fuerint hic *inuitata* Dei adiumenta, an vero designata et stata ministeria curandorum talium aegrotorum, qui sensu eximio peccati aliquis afficiebantur. His ordinarium beneficium illud morale, precum in societate solemnium fufarum ministerium et adiumentum, sufficere potuit, ad mutandum idearum nexum. Nec tamen aliis ego me opponam, qui plura hic vident. ἐνεργουμένη. Hoc ego *additum* puto; *abest* certe adhuc a Syro; vti latinum, *frequens*, in Itala, et affi-

assidua, in vulgata, certo non traductum est ex hoc graeco vocabulo. Hinc autem puto satis parere, *nondum adfuisse* hoc graecum vocabulum; aut si quis malit *retinere*, quod mihi non persuadetur, *pleonasmus* est; vt non opus sit, reuere-ri hic stilum, ne sit oratio identica.

v. 17. Eliae exemplum liceat repetere; fuit enim et ille homo fragilis non minus naturae, quam nos; precibus tamen suis effecit id, quod voluit; e. c. isto tempore, ne plueret; nec pluit super terram per tres annos et sex menses.

v. 17. Ἠλίας — ὁμοιοπαθής. Miror, quosdam eruditos viros hic eo venisse, vt scriberent, nisi preces inspiratae intelligantur, ingenti hiatu laborare argumentum apostoli, ab effectu precum propheticarum Eliae ad effectum quarumvis precum traductum. Vel istud ὁμοιοπαθής ἡμῖν ostendit, Iacobum minime respexisse ad aliquem statum, qui ὁμοιοπαθειαν luculenter tollat; sed excitare aegrotantium fiduciam, isto tam veteri exemplo, quia hi Christiani tam dispersi et remoti ab Apostolis, similes historias recentiores, adhuc ignorabant. Morborum talium fatale ius ipsi nouerant; Rabbīnorum exorcismis porro vti non licebat; *nouum* igitur hoc *ministerium*, quod precibus christiano more adhibitis constaret, commendandum erat eximio exemplo. Iam porro et hoc facile patet, longe grandiore fuisse istam auctoritatem, quae caeli et aeris imperium tantum per temporis interuallum exerceret; hanc auctoritatem vtiq̃ue prophetae tantum conuenire; esse autem longe minorem hunc effectum, qui hic sperandus erat et certo exspectandus; precum enim ipsae mites et frugiferae sententiae tristē

et desperandum hominem facile transferre poterant in statum alius et pacatae conscientiae. Iam sanato animo, mirum non est etiam morbum corporis porro non potuisse hominem ita terrere et corporis ordinem turbare, sicut antea. Illustratio et confirmatio *huius* minoris ministerii et adiumenti, peti poterat, a maiori ad minus, ut dicitur; ut tamen inde non hoc simul sequatur, miraculoso eodem modo hanc sanationem fieri. Res est, fuit arbitrium penes presbyteros, utrum hunc hominem per suum hoc ministerium liberandum esse statuerent, an minus. Ipse homo, si serio poeniteret, sique esset aliquis morbus huius singularis generis, facile persuadebat, eum sanandum esse; aut abstinendum esse ab omni tali apparatu sanationis; quod profecto saepe locum habere debuit; aliter semper tales aegroti mortem euassissent. Fuisse morbum *certi et singularis generis*, quem ipsa describendi et experiundi consuetudo sic ab aliis morbis distingueret: me quidem statuere non pudet.

προσευχῇ προσήζατο, notissimus est hebraismus; qui rem auget.

v. 18. Postea idem rursus orauit, alio consilio; et sic lapsa est de caelo pluuia, ut terram produceret omnis generis fructum.

v. 19. Tandem rei magnitudinem cogitate, fratres; si quis inter vos aberrauerit a vera doctrina, et in viam quasi erroris ductus fuerit, eum vero aliquis in rectam viam reuocauerit:

v. 19. *εάν τις ἐν ὑμῖν πλανηθῇ*. Hoc modo contingere potuit non vno, praecipue per tot impositores, et falsos doctores, qui saepe auctoritatem Apostolorum mentiebantur. *ἀληθεια* est ipsum
ar.

argumentum christianismi, quatenus differt a Iudaismo; igitur si quis iudaicis decretis, portentis — eo adductus esset, ut relinqueret societatem hanc christianam, fabulisque et moribus aliis accederet: hortatur, ut in hanc viam omni studio reuocetur. ἀληθεῖα est *christiana* idea, *characteristica*; quales sunt plures. Est autem et hoc praecipue doctorum; simillima est ista sententia, Galat. 6, 1. atque intelliguntur haud dubie et hic πνευματικοί, seu perfectiori et cognitione et usu christianismi iam aliis praestantes. Vitae moralis ordo comparatur, inde ab antiquissimo tempore, *vitae*, qua homines ire et pergere solent, qui humanis rebus et studiis dant tutam et frugiferam operam. ὁδὸς θεῶν, religionis perfectior ordo, similiter saepe nominatur.

ἐπιστρέψατις; nec alii peritiores aut constanteriores Christiani hic excluduntur; praecipue autem fides doctorum hic spectatur.

v. 20. Sciat, quod, qui auerterit peccatorem ab ista falsa via, quam sequebatur, seruaturus sit hominem ab interitu, atque sic effecturus sit, ut multitudo peccatorum quasi operiatur et obtegatur.

v. 20. ἁμαρτωλόν, talem; non odio aut anathematibus prosequendi sunt, quotique *errore iudicii* sui deserunt quasi viam suae salutis et felicitatis; omni potius studio nostro eo adducendi sunt, ut redeant in tramitem verum. ἁμαρτωλὸς autem ex usu scripturae semper is dicitur, qui cognitione veri non caruit; sed hoc illo modo ad vitae corruptionem relapsus est. Maxime igitur semper *vitae* modus et ratio spectatur, quatenus est peior, indignior, quam ante. Atque iudaici impostores traducebant ad morum et vitae

corruptionem, de qua *Petrus*, *Iudas*, *Ioannes* luculenter queruntur. Non agitur de *aberratione* illa, quae ad hominis statum moralem et virtutem exigui est aut nullius momenti; atque hic multa locum habuit confusio iudiciorum, de articulis *fundamentalibus*.

σωσει ψυχην ἐν θανάτῳ, mors moralis, spiritualis, seu infelicitas interna, domestica describitur; licet non opus sit premere nomen ψυχῆς. Quod autem porro de *aegrotō* agi quidam statuunt, mihi numquam persuadebunt. Alia enim oratio iam pergit inde a v. 13. Describit hic Iacobus eosdem ac Petrus 2 Epist. 2, 21. qui cognoverant τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, hic ἀληθείας. Characteristicae, christianae. ideae sunt et hae, θάνατος, σωτηρία, ζωή.

καλυψεί πληθος ἁμαρτιῶν, scil. eiusdem hominis; eadem sententia legitur 1 Petri 4, 8. addito fonte huius studii, ἀγάπη. Nempe, intelligitur, istum hominem iam *redire* in viam; ipsum poenitere; igitur ius fas est, presbyteros talem libenter et mitissime recipere in societatem, nec peccata illa sine utilitate, in lucem publicam protrahere. Licuerit adeo, futura, σωσει, et καλυψεί, more hebraico, *imperatiue* explicare; det operam, ut hominem omnino ex ista morali infelicitate in vitam et virtutem christianam facillime reducat; eiusque etiam multa peccata, amoris, qui ex correctione nascitur, fido adiumento, subducatur aliorum notitiae et censurae, quorum iam nihil interest. Vtro modo accipiat, inest satis clarum documentum christiani et excelsi ingenii; quo quicumque fuerunt doctores et ministri religionis, salubres fructus multos et retulerunt ipsi ad alios, et collegerunt ad suam tanti studii conscientiam.

COL.



C O L L A T I O

LATINAE TRANSLATIONIS.

EPISTOLAE IACOBI. *)

CAPVT I.

1. Iacobus Dei et Domini *nostri* ¹⁾ Iesu Christi
seruus, duodecim ²⁾ tribubus, quae sunt
in dispersione, salutem.

2. Omne

*) ex corpore *Martianaci*, seu bibliotheca *Hieronymi*; conuenit igitur cum ista *vulgata* editione; cum hac contulimus codicem *Corbejensem*, quem post *Martianacum* recepit in corpus latinorum bibliorum *Sabaterius*, et illustris *Michaelis* adiecit *Bensonii* latino commentario in hanc epistolam; sed nos plura addidimus.

¹⁾ *nostri* abest ab editione versionis *antiquae*, quae ex codice scripto *Corbejensi* antiquo exhibetur in latino corpore *Sabaterii*. Exstat *nostri* in *vulgata*, et iam apud *Augustinum*; sed abest similiter a *graecis* libris omnibus. In codice *Msto. academiæ Frideric.* abest, *Dei et domini nostri*; nec statim condemnno.

²⁾ signum XII legitur in isto *Msto corbejensi*.

2. Omne gaudium existimate fratres mei, quum in tentationes varias incideritis ³⁾).

3. Scientes quod probatio fidei vestrae ⁴⁾ patientiam ⁵⁾ operatur.

4. Patientia autem opus perfectum *habet* ⁶⁾ : ut sitis perfecti ⁷⁾ et integri, in nullo deficientes.

5. Si

³⁾ *incurritis*, Mf. corbei.; omnino vitio oculorum; nam compendium litterarum facillime sic legi potest. In *tentationibus variis* exstat tomo 2. Basilii, edit. benedict. p. 697.; sic et codex *Friedericianus*.

⁴⁾ quod *probatio vestra* operatur; in corbej. Msto. Iam *Millius* praeferebat hanc *Latinorum* antiquam lectionem, sine *fidei*; et iam *Bengelius*. τῆς πίστεως etiam abest a *Syra* secunda; simplicior utique, igitur et prima videtur haec lectio; licet *fides* ad sensum pertineat; nec enim aliter locum habet *probatio* Christianorum, quam ratione πίστεως ipsorum. Quod τῆς πίστεως etiam ab *uno graeco* abesse dicit *Sabaterius*, hausit ex *Millio*, qui *Barberinum* allegavit. Sed fucum nobis porro fieri, per istam *Caryophili* collationem, non patinur.

⁵⁾ *sufferentiam*, corbej. Ita saepe transfertur alibi graecum nomen ὑπομονή.

⁶⁾ *habet* legit etiam vulgata et *Augustinus*; sed codex *corbej.* et *Halenfis habeat*; et vix dubitari potest, esse ex vitio oculorum, loco *habeat*; ubique enim legimus ἐχέτω. Atque monuit iam *Oecumenius*, non scribi ἐχει, sed ἐχέτω, quasi *corrigere* vellet simile vitium scribentium.

⁷⁾ Ita et vulgata; sed codex *corbej.* legit, *consummati*.

5. Si quis autem vestrum indiget ⁸⁾ sapientia, postulet ⁹⁾ a Deo, qui ¹⁰⁾ dat omnibus affluenter ¹¹⁾ et non improperat: et dabitur ei.

6. Postulet ¹²⁾ autem in fide, nihil haesitans ¹³⁾: qui enim haesitat, similis est fluctui ¹⁴⁾ maris, qui a vento mouetur ¹⁵⁾ et circumfertur.

7. Non ergo aestimet ¹⁶⁾ homo ille quod accipiat aliquid a Domino.

8. Vir

⁸⁾ Ita et vulgata et Augustin. saepe; sed corbej. codex legit hanc partem, *Et si cui vestrum deest sapientia*; quasi graece legisset, *εἰ τε τις*. Forte absuit illud *δε*, atque suppleuerunt alii *et*, alii *autem*.

⁹⁾ *petat*, corbej.

¹⁰⁾ *quia*, corbej. male, et ex vitio scribentis.

¹¹⁾ *simpliciter*, corbej. Illud *affluenter* Veleusius satis imperite transtulit, *ἀφθονως*, debuisset praeferre, *ἁφθονως*, quod glossae transferunt, abunde, vbere, assatim.

¹²⁾ *petat*, corbej.

¹³⁾ *dubitans*, et postea *dubitat*, pro haesitat, corbej.

¹⁴⁾ *Tempestati* maris, *quae*, codex *gothicus* apud *Blanchinium* in *vindiciis* scripturarum canonicar. Sic glossae, tempestas, *θύελλα*. *κλυδων*, aestus, vnda. Illud *similis est*, deest codici *halensi*.

¹⁵⁾ *fertur* et *defertur*, codex corbej.

¹⁶⁾ nec *speret* se homo, quoniam accipiet; corbej. forte et hic indicium mutatae constructionis, se — aliquid *accepturum*, Codex *gothicus* legit, *ne ergo*.

8. Vir duplex animo ¹⁷⁾, inconstans est ¹⁸⁾ in omnibus viis suis.

9. Gloriatur autem frater humilis in exaltatione ¹⁹⁾ sua;

10. diues ²⁰⁾ autem in humilitate sua; quoniam sicut flos foeni transibit ²¹⁾.

11. Exortus enim est sol ²²⁾ cum ardore ²³⁾, et arefecit ²⁴⁾ foenum, et flos eius decidit ²⁵⁾, et decor vultus eius deperiit * ²⁵⁾: ita et diues in itineribus suis marcescet ²⁶⁾.

12. Bea-

¹⁷⁾ Sic et vulgata; sed codex corbej. *homo duplici corde.*

¹⁸⁾ *est* non legitur in corbej. et gothico.

¹⁹⁾ in *altitudine* sua, corbej. haud dubie rectius, quam *exaltatio*.

²⁰⁾ *locuples*, corbej.

²¹⁾ *transiet*, idem, more veteri vulgatae.

²²⁾ *oriatur* enim sol, corbej. ad sentum, recte.

²³⁾ sic et vulg. *actu suo*, corbej.

²⁴⁾ sic et vulgata; *et siccet*, corbej.

²⁵⁾ *cadit*, corbej.

* ²⁵⁾ et *dignitas faciei ipsius perit*, corbej.

²⁶⁾ *sic et locuples in actu suo marcescit* (marcescit,) corbej. *Actum* scripsit pro mercatura; *Sabaterius* allegavit lectionarium *Luxovierse*, ita diues in *honoribus* suis marcescet. An legerat hic latinus *Φορτιος*, *οχηριος*, unde alii fecerunt *honoribus*? An transtulerat, in *moribus*, sicut *viae*, *πογεμ*, improprie? An corruptum est, ex *in itineribus* suis? Hoc fere malum statuere.

12. Beatus vir, qui suffert ²⁷⁾ tentationem; quoniam cum probatus fuerit ²⁸⁾, accipiet coronam vitae, quam repromisit ²⁹⁾ Deus diligentibus se.

13. Nemo cum ³⁰⁾ tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur ³¹⁾: Deus enim intentator

²⁷⁾ *sustinuerit*, corbej.

²⁸⁾ *probatus factus*, accipiet. corbej. Tales correctiones constructionis non raras sunt. *Beatus factus*, in *Chromatio* Aquil. debet corrigi in hoc, *probatus factus*.

²⁹⁾ quam promittit *eis*, qui eum diligunt, corbej. omisso, *Deus*. Quam *promissit* Deus iis, qui eum diligunt, *Chromatius*. Reperimus igitur his indicis, hanc editionem latinam antea in *Italia* locum habuisse. Si *Sabaterius* diligentius attendisset, correxisset et ipse istud *beatus*, in *probatus*; et vidisset, auctoritatem huius editionis latinae esse antiquissimam. Certum est enim, cum *Chromatius*, episcopus, usus sit hac recensione, eam in his provinciis regnasse, ante istam editionem, quae iam *vulgata* dicitur; fuit autem, ut perspicimus, sine artificio, graecam phrasin pressius exhibens; iam vero et hic ibi saepe interpolata superest; minime integra.

³⁰⁾ *qui*, corbej.

³¹⁾ *tentor*, semel *Augustinus*, sed et hic in aliis manuscriptis legitur, *tentatur*. Sic enim *vulgata* iam legit, licet *Wessenius* non notauerit. In graecis est *πειρασόμεναι*, atque parum perite *Sabaterius* ad *Millium* ablegat, *Msc. quidam habent πειραζόμεναι*, *Millius* enim tantum *Veles.* citauerat; scimus autem *Velessum* latinum *graece* expressisse, non desumisse ex *codicibus* graecis.

tor ³²⁾ malorum est: ipse autem ³³⁾ neminem tentat.

14. Vnusquisque verò tentatur a concupiscentia sua abstractus, et illectus ³⁴⁾.

15. Deinde concupiscentia quum conceperit ³⁵⁾, parit peccatum: peccatum vero quum consummatum fuerit ³⁶⁾, generat mortem.

16. No.

³²⁾ *Intentator* etiam vulgata; atque sic etiam *Martin.* tomo 3. conciliorum, *Harduini*, pag. 941. In codice corbejensi legitur: Deus malorum *tentator non est*.

³³⁾ *tentat ipse* neminem; corbej. sine *autem*.

³⁴⁾ Sic et *vulgata*, aliter in corbejensi, unusq. *autem* tentatur a sua concupiscentia; *abducitur* et *eliditur*; pro quo forte legendum erat, *illicitur*. Hic versus 14. est ex illorum numero, qui *nul- lam omnino lectionis varietatem* produunt.

³⁵⁾ Ita et vulgata; sed corbejensis, d. conc. *concepit et parit*; hanc translationem participii, quae ex v. 14. adfuit, (abducitur, ἐξελκομενος,) puto antiquiorem esse.

³⁶⁾ Ita et vulg. et Augustinus; peccatum autem *consummatum acquirit* mortem, corbej. Hic similiter *Chromatius* habuit eandem recensioem, *peccati* autem concupiscentia (legendum erat, *consummatio*) *acquirit* mortem. Hoc *acquirit* parum absum quin putem venisse ex alia graeci verbi, *lectione*. *τιντεi* enim facillime *latinum* istud *parit* secum ferebat; forte lectum aut intel- lectum fuit, *κτεiτω*, atque hoc suggerebat, *ac- quirir*. Ipsum hoc documentum antiquissimae latinae recensioem, hac alia *Chromatii* auctoritate sic confirmatur, ut dubitari non possit.

16. Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi ³⁷⁾,

17. Omne datum optimum ³⁸⁾, et omne donum perfectum, desursum est, descendens ³⁹⁾ a patre luminum, apud quem non est transmutatio ⁴⁰⁾, et vicissitudinis obumbratio ⁴¹⁾.

18. Voluntarie enim genuit ⁴²⁾ nos verbo
ve-

³⁷⁾ itaque abest adhuc a corbeiensi; scribitur etiam, *dilecti*, rectius. Vtrumque confirmat *Hieronymus* et auctor de vocat. gent.

³⁸⁾ Sic et *vulgata*, et Augustinus; addo *Sabaterio* duas allegationes, tom. 2. concil. *Harduini*, pag. 1057. in Epistola Synodi africanae; et tomo 3. p. 650. *Hieronymus* tamen, Gelasius, concil. araufic. 2. omne datum *bonum*; sic et Hier. porro, et omnis perfecta *donatio*. Codex corbej. proprius ad graecum, omnis *datio* bona.

³⁹⁾ Sic *vulgata* et alii; sed corbej. desursum *descendit*, sine est; a sursum de patre luminum *descendit*, similiter omisso est, Ruric.

⁴⁰⁾ ita et *vulgata* et August. sed August. alibi *commutatio*; Hilarius, *demutatio*. corbejenfis, *permutatio*; Hieronymus, *differentia*.

⁴¹⁾ nec — vulg. nec *momenti* obumbratio August. saepe, quasi graece fuisset, *γοττης*. Vel modicum obumbrationis, corbej. describit et hoc nomen *γοττης*. *Hieronymus*, *conuersionis* obumbraculum, *τεοττης*, quod iam *vulgata* effert, *vicissitudinis*. Hic *duae* latinae recensiones satis luculenter se produunt.

⁴²⁾ sic et alii; *volens peperit* nos, corbej. *volens genuit* nos, Hieron. Hi nondum legerunt *γὰρ*.

Q

veritatis, vt simus initium aliquod creaturae ⁴³⁾ eius.

19. Scitis ⁴⁴⁾ fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum, et tardus ad iram ⁴⁵⁾.

20. Ira ⁴⁶⁾ enim viri, iustitiam Dei non operatur.

21. Propter quod abiicientes omnem immunditiam ⁴⁷⁾ et abundantiam malitiae, in mansuetudine suscipite insitum verbum ⁴⁸⁾, quod potest saluare animas vestras.

22. Esto-

⁴³⁾ sic et vulg. vt simus *primitiae conditionum* eius, corbej. et simillime Hieronymus, vt simus *primitiae creaturarum* eius; nondum legerant istud *τινα*, quod postea graeci inseruerunt; et posteriores latini codices. In codice *Halenst* fuerat: vt *fit* initium; correctum est, vt initium simus aliquod —

⁴⁴⁾ sic et vulg. *scitote*, corbej.

⁴⁵⁾ tardus *autem* ad *iracundiam*, corbej. Antea videntur quidam legisse, *ταχὺς* (*μὲν*) *εἰς τὸ αἰετοῦ*, auctor enim de XLII mansionibus, excitat, et sit omnis homo velox *quidem* ad aud.

⁴⁶⁾ *Iracundia*, corbej.

⁴⁷⁾ *et ideo exponentes omnes sordes*, corbej.

⁴⁸⁾ per *clementiam excipite genitum* verbum, qui potest; sic corbej. Sed loco *genitum*, corrigendum erat, *ingenitum*; vt glossae efferunt, *ἐμφυτός*, insitus, *ingenitus*. Illud *qui*, aut ad graecam refertur, aut librarius intellexit de Christo, *λογω*.

22. Estote autem factores verbi, et non auditores tantum, fallentes vosmetipsos 49).

23. Quia si quis auditor est verbi, et non factor: hic comparabitur 50) viro consideranti vultum natiuitatis suae in speculo.

24. Considerauit enim se, et abiit, et statim oblitus est qualis fuerit 51).

25. Qui autem perspexerit in legem perfectam liberalitatis, et permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit 52).

Q 2

26. Si

49) sic et vulgata; sed *corbejensis* liber; *aliter consiliantes*, ergo nondum legit hic, *εαυτας*, et *παρὰλογίζοντες* transtulit, *aliter consiliantes*; sic graeco inhaerebat hic interpres.

50) ita vulg. et August. Sed corbej. *hic est similis homini respicienti faciem natalis sui* in speculo *γενεσιν* descripsit *natalem*; atque sic in Glossario Labbei inuenitur. Primam partem, *iste similis est viro*, habet Hieronymus, sed cetera haud dubie emendauit sciens et volens, *qui considerat vultum natiuitatis suae*.

51) Ita et vulgata; sed *corbejensis*, *aspexit se*, et *recessit*, et *in continenti oblitus est*, qualis erat. Hieronymus: *considerauit illud* (retulit ad *πρόσωπον*) et *statim* recedens, oblitus est, qualis sit; *εὐθεὺς* posuit ante *recedens*, quod graeci libri hodie retrahunt ad oblitus est.

52) Ita et vulg. Sed *corbejensis*: qui autem *respexit* in legem *consummatam* libertatis, et perseuerans, non audiens obliuionis factus, sed factor operum: hic beatus erit in operibus suis. Omittit igit-

26. Si quis autem putat se religiosum esse, non refraenans ⁵³⁾ linguam suam, sed seducens ⁵⁴⁾ cor suum, huius vana est religio.

27. Religio ⁵⁵⁾ munda et immaculata apud Deum et Patrem, haec est: Visitare pupillos ⁵⁶⁾ et viduas in tribulatione eorum, et immaculatum se custodire ⁵⁷⁾ ab hoc saeculo.

CAPVT II.

1. **F**ratres mei, nolite in personarum acceptione ⁵⁸⁾ habere fidem Domini nostri Iesu Christi gloriae ⁵⁹⁾.

2. Et

igitur *in ea*, quod latini alii falso *addunt*; addidit et Syrus vterque. ἐργων hic expressit, cum nos legamus ἐργα, forte vtrumque *absuit*. ἐν τῇ ποιήσει, *in facto suo*, vulg. hic, *in operibus*. In cod. *Halensi* praeterea legitur, — perspexerit in *lege perfecta* lib. cum vulgata legat, in *legem perfectam* lib. *Cassiodorius* excitat hanc partem sine nomine, *libertatis*.

⁵³⁾ *infraenans*, corbej.

⁵⁴⁾ idem, *fallens*.

⁵⁵⁾ *autem*, addit corbej. (vt in *Syra* secunda, *aethiop. γὰρ*, alexandr.)

⁵⁶⁾ *orphanos*, corb.

⁵⁷⁾ *seruare se* (omisso *et*) *sine macula a seculo*; haec est haud dubie antiquior editio. *Glossae* Labbei vtrumque iunxerunt, ἀσπίλος, immaculatus, sine macula. Sunt autem multa in his glossis ex latina translatione sacrorum librorum. Illud *hoc* vulgatae et apud Martianaenum, *non est* in graeco.

⁵⁸⁾ in *acceptione* personarum, corbej.

⁵⁹⁾ *honoris* (honoris) corbej.

2. Etenim si introierit in conuentum vestrum ⁶⁰⁾ vir aureum annulum habens ⁶¹⁾ in veste candida ⁶²⁾, introierit autem et pauper in fordido habitu ⁶³⁾.

3. Et intendatis in eum ⁶⁴⁾, qui indutus est veste praeclara ⁶⁵⁾, et dixeritis ei ⁶⁶⁾: tu sede hic bene: pauperi autem dicatis: tu sta illic ⁶⁷⁾: aut sede sub scabello pedum meorum ⁶⁸⁾.

Q 3

4. Non.

⁶⁰⁾ *Si autem intrauerit in synagogam vestram*, corbej. Si introierit in *conspectu* vestro, lection. Luxoviense; haud dubie falso, pro, *in conuentu* vestro. Antiquior latina recte seruauerat nomen *Synagogae*; quod postea Christianis non videbatur conuenire.

⁶¹⁾ *homo annulos aureos in digitos* (sic) habens, corbej.

⁶²⁾ *splendida*, corbej. *praeclara*, Ifychius in Leuit. sic postea vulgata v. 3.

⁶³⁾ *intret autem* (omisso, *et*) pauper, in fordida veste.

⁶⁴⁾ Sic et vulg. Ifychius intend. a *ad* eum; *respiciatis* autem (*eum*,) corbej.

⁶⁵⁾ qui *vestitus* est veste *candida*, corbej.

⁶⁶⁾ et *dicatis*, tu, corbej. et *si* dixeritis, codex *Halenf.*

⁶⁷⁾ *illic*, abest ex corbej.

⁶⁸⁾ aut sede *illo*, sub *scamello meo*. Sic glossae, ὑποποδίου, scabellum, *scamellum* et *scamillum*, ὑποποδίου; *vulgatior* ista translatio est serior.

4. Nonne ⁶⁹⁾ iudicatis apud vosmetipsos, et facti estis iudices cogitationum iniquarum?

5. Audite fratres mei dilectissimi ⁷⁰⁾, nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo ⁷¹⁾, diuites in fide et haeredes regni, quod repromisit ⁷²⁾ Deus diligentibus se?

6. Vos autem exhonorastis ⁷³⁾ pauperem. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos ⁷⁴⁾, et ipsi trahunt ⁷⁵⁾ vos ad iudicia?

7. Non-

⁶⁹⁾ *diiudicati* estis, sine *nonne* corbej. Diximus plura ad paraphrasin, pro confirmanda hac antiquiori recensione; *malarum*, pro *iniquarum*.

⁷⁰⁾ *dilecti*, corbej.

⁷¹⁾ pauperes *seculi*, corbej. et statim, *locupletes* in fide. Hoc ante mundo voluit iam Faber deleri.

⁷²⁾ *expromisit*, corbej. *eum*, pro *se*.

⁷³⁾ *frustrastis*, corbej. *ἡτιμασμενον*, *dehonestatum*. *ἄτιμος*, inhonoratus; sed *frustrastis* pro *ἡτιμασατε*, fateor, satis obscurum esse; parum absum, quin statuam, interpretem graecum verbum miscuisse cum *ἐματαιωσατε*. Glossae enim *frustror* sic reddunt, *ματαιωω*. Viderint alii diligentius: Si non fallor, antiquissimi temporis vestigium hoc interpretor; scimus enim, primum quasi interpretandi rudimentum non caruisse talibus erroribus, in explicandis graecis compendiis litterarum. Peior error est in *compulenti* graeco, *ἡτοιμασατε*. Tam foede errari potuisse, quis putaret?

⁷⁴⁾ *potentantur in vobis*, corbej. Hoc fere *africanum* ingenium ausit; adaptare latinum graeco; *potentatus*, *δυναστεια*, superest in Glossis; sed verbum hoc periit.

⁷⁵⁾ *tradunt*, corbej. ex errore.

7. Nonne ipsi blasphemant bonum nomen ⁷⁶⁾ quod inuocatum est super vos?

8. Si tamen legem perficitis regalem ⁷⁷⁾ secundum scripturas: diliges proximum tuum sicut te ipsum ⁷⁸⁾ bene facitis.

9. Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege ⁷⁹⁾ quasi transgressores.

10. Quicumque autem ⁸⁰⁾ totam legem seruauerit, offendet autem in vno, factus est omnium reus.

11. Qui enim dixit ⁸¹⁾, non moechaberis, dixit et, non occides. Quod si ⁸²⁾ non moe-

Q 4

cha-

⁷⁶⁾ — in bono nomine, idem; videtur iam vsus aliquis loquendi locum habuisse apud latinos Christianos, quem interpretes secutus est. Porro, quod vocitum est in vobis; verbum *vocito*, vocitatus, superest in glossis.

⁷⁷⁾ si tamen lege consummamini regale; corbej. intellexit verbum in passiuo, τελειωθε.

⁷⁸⁾ tamquam te, corb. scripturam et scripturas, mutat etiam Augustinus. singularis est verior.

⁷⁹⁾ a lege traducti, tamquam transgr. corb. Simillime latini Matth. 1, 19. παραδευματισται efferunt, traducere:

⁸⁰⁾ qui enim, et postea, peccauerit autem in vno, corb. sic et Hieronymus semel; alibi exhibet vulgatam. Leporinus, tom. 1. conciliorum Harduini, pag. 1269. offenderit autem in vnum.

⁸¹⁾ Nam qui dixit — corb.

⁸²⁾ si autem — occideris — corb. Legitur autem occidas, apud Harduin. tomo 1. concilior. pag. 64.

chaberis, occides autem, factus es transgressor legis.

12. Sic loquimini, et sic facite, sicut ⁸³⁾ per legem libertatis incipientes iudicari.

13. Iudicium enim sine misericordia illi ⁸⁴⁾, qui non fecit misericordiam: Superexaltat ⁸⁵⁾ autem misericordia iudicium.

14. Quid proderit ⁸⁶⁾ fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides saluare eum ⁸⁷⁾?

15. Si

⁸³⁾ *quasi a lege liberalitatis iudicium sperantes*; corbej. sic *μελλειν* solebat varie reddi; vide *Cotele-rium* ad initium Epistolae Barnabae. Sperantes est hic pro graeco *μελλοντες*, ut incipientes saepissime pro eo ponitur, atque hic in vulgata remansit.

⁸⁴⁾ iud. non *miseretur* illi, corbej. bene. sine misericordia *fiat*, apud Harduinum loco excitato, *additur*; sicut *erit* addidit *Ruricius*.

⁸⁵⁾ *supergloriatur*, corbej. *superexultat*, Augustinus aliquoties, (quater, si recte computo;) sed alibi, *superexultat*. Glossae, *exultatio*, *καυχη-μα*. Beda similiter explicat, remuneratus *exultabit* atque gaudebit. Debebat autem repeti illud *κατα*, aduersus, contra iudicium. Latina igitur *vulgata* hic haud dubie falsa est. *Faber*: *exultat* autem m. *aduersus* iudicium.

⁸⁶⁾ *prodest*, corbej. codex *gothicus* apud Blanchinum; et semel August.

⁸⁷⁾ — potest fides eum *sola* saluare, corbej. Igitur haec *additio* vocabuli *sola* similiter apud Latinos quosdam locum habuit, ac in copta, *sine operi-*

15. Si autem frater et soror ⁸⁸⁾ nudi sint, et indigeant victu quotidiano;

16. Dicat autem aliquis ex vobis ⁸⁹⁾ illis: ite ⁹⁰⁾ in pace, calefacimini et saturamini ⁹¹⁾ non dederitis ⁹²⁾ autem eis, quae necessaria sunt corpori ⁹³⁾, quid proderit ⁹⁴⁾.

17. Sic et fides, si non habet ⁹⁵⁾ opera, mortua est in semetipsa.

18. Sed dicet quis: tu fidem habes, et ego opera habeo. Ostende mihi fidem tuam sine operibus, et ego ostendam tibi ex operibus fidem meam ⁹⁶⁾.

Q 5

19. Tu

operibus; nisi errasset hic *Millius*; eum igitur recte deseruit *Wetstenius*.

⁸⁸⁾ *sive* frater *sive* soror, corb. porro, et *desit* eis *victus* quotidianus.

⁸⁹⁾ ex *vestris*, corb. fuit haud dubie, *vestrum*, vt legitur apud *Valerianum*, et in codice *gothico*.

⁹⁰⁾ *vadite*, corbej.

⁹¹⁾ *calidi estote et satulli*, corbej. Supereſt hoc vocabulum, sed ſimiliter ſubobſcurum, in *gloſſario*; haud dubie ex hoc loco Iacobi, *ſatullo*, χορταζω, et in graeco ordine, χορταζω τον δημον, ſatio populum tritico; *ſatullo*, ſaturo. In noſtro loco repetendum eſt, et *estote* ſatulli.

⁹²⁾ *dederit* autem corbej in ſingulari; cum nos legamus *dwte* in plurali. *Singularis* praeceſſerat.

⁹³⁾ *alimentum corporis*, corbej. gloſſae, ἐπιτηδεύ, τα ἀναγκαία, quod in vulgata exſtat, *neceſſaria*, quae plura comprehendunt, quam *alimenta*.

⁹⁴⁾ quid et *prodeſt*, corbej. quaſi eſſet, τι τς.

⁹⁵⁾ *habeat*, corbej. et porro, *mortua eſt ſola*.

⁹⁶⁾ Mira hic eſt diuerſitas in libro corbej. — *ali-*
quis

quis, tu opera habes, ego fidem habeo: Ostende mihi fidem tuam sine operibus; et ego tibi de operibus fidem. Annotauimus iam ad hunc locum, fuisse iam olim magnam varietatem scripturae. In codice Msto Halensi hic legitur, -- et ego opera video; satis certa et clara est haec scriptura; quae videtur ostendere, olim habeo nondum fuisse in latino; sicut ἐχω abest a codice Leicestriensi. Forte fuit, non video. Vulgata graeca, ἐκ τῶν ἐργῶν σὺ, non minus falla et serior est scriptura, quam altera, χωρὶς τῶν ἐργῶν. Vtraque est tantum particularium prouinciarum et temporum; itaque non est improbabile, etiam primam partem interpolatam fuisse. Illustri Michaelis putauit, auctorem prioris latinae, (corbeiensis codicis) per fallam interpretationem coactum fuisse in has angustias, vt sententiam inuertet; sed id iam maxime quaeritur, an ceteri seriores codices antiquam obscuram lectionem interpolarent, cum videamus hoc ipso in loco additiones nouas graecorum librorum. Res redit ad illam partem, ἀλλ' ἐπεὶ τίς, scil. ex vobis mihi, sic iam docenti; haec si refertur ad aliquem, qui Iacobo iam opponat: tum scribendum est omnino, σὺ ἐργα ἔχεις, fateor, concedo; καὶ γὰρ πιστὸν. Iam sequitur Iacobi responsio, δείξον μοι. Si vero intelligitur illud ἐπεὶ τίς, de discipulo et alumino huius doctrinae verae, qui alloquatur talem Christianum rudem, o tu, fidem tamen iactas; ostende iam mihi fidem -- tum omnino sic legendum est, σὺ πιστὸν ἔχεις, vt vulgati libri legunt. Hic iam non id magnopere vrbebo, ἀλλ' ἐπεὶ τίς, vtique multo aptius et propius referri ad aliquem, qui ex ista sua consuetudine leuitatis opponat Iacobo, studiosius docenti, et Iacobum ipsum sibi fingere aliquem obloquentem; sed id maxime teneo, latino interpreti hoc tribui

non

non posse, vt ipse sibi sumserit tantum, vt orationem graecis verbis plane contrariam vltro confingeret; sed talem statum scripturae occupare nos oportet, qui utramque scribendi rationem admittat; oculis enim quasi videmus, duplicem, diuersam endosiv graecam; altera superest in graecis nostris, qui sunt omnes tempore iuniores; et alteram prodit illa antiquior translatio latina. Igitur utramque recensitionem tempori et loco diuerso integram relinquimus; sicut multarum varietatum lectionis eadem est ratio, vt corrigi vna ex altera aut ad alterum minime semper possit aut debeat. Ego igitur, cum his in studiis omni libertate vti liceat, sic statuere audeo. Iacobus scripserat breuius, ἀλλ' ἐπει τις, — — (spatio relicto, quod quasi locum faceret, adiiciendi sermonis;) quia aliis in vrbibus alii aliter auderent confirmare istam leuitatem nouae religionis. Itaque suppletum est varie, quod conuenire videbatur; inde enata est triplex scribendi ratio. 1) Antiquior forte fuit, ἐπει τις, (πιστιν ἔχω, concedens Iacobo, quod quidam Christiani operibus praestent. Fidem habeo; sum Christianus.) Iam sequitur Iacobi responsio, καὶ γὰρ ἐργα. Δείξον μοι etc. 2) Illud, quod concedi debuit, iam exprimebatur, σὺ ἐργα ἔχεις, fateor; καὶ γὰρ πιστιν. Respondet iam Iacobus, δείξον μοι τὴν πιστιν, (addita glossa, χωρὶς ἐργων) καὶ γὰρ ἐν τῶν ἐργων (sine δείξω.) Illa vulgata graeca, quae superest in codicibus, — ἐπει τις, σὺ πιστιν ἔχεις, mutata persona loquentis; vt non loquatur ille rudior Christianus cum Iacobo; sed aliquis perfectior ad istum rudiozem loquatur. — Me certe non pudet aut poenitet huius nouae coniecturae; longe enim maior apud me est auctoritas verusti latini interpretis, quem scio nunquam tibi hoc induisse, vt a graeco libri ordine sciens

19. Tu credis quoniam vnus est ⁹⁷⁾ Deus: bene facis: et daemones credunt, et contremiscunt.

20. Vis autem scire o homo inanis ⁹⁸⁾, quoniam fides sine operibus ⁹⁹⁾ mortua est?

21. Abra-

sciens et volens discederet. Hac ratione explicare licet ceteras *varietates* huius loci, quae omnino et antiquae sunt et magnae. Quod autem *latina vulgata* iam consensit cum libris graecis, qui nobis supersunt: nec miramur magnopere, cum sciamus *Hieronymum* Euangelia latina omnino recensuisse ad *iuiores* graecos libros, relicta vetustate illa, quae antea valuerat; nec satis certo sic hoc potest describi, *Hieronymum* *correxisse* aberrantem latinam versionem, quod ad hunc locum illustris *Michaelis iure* ita factum esse proficitur. Graeci *iuiores* libri utique iam rexerunt *iuio-*rem vulgatam; sed *Hieronymum* id fecisse, non constat; et *iure* hoc factum esse, quicumque fuerit corrector, ego quidem statuere non audeo; licet tempori hoc dari potuerit et hominibus his iunioribus. Non deerunt alii eruditi viri, ad dirimendam hanc litem, quam primus moui; quia res ipsa eo me videbatur ducere.

⁹⁷⁾ *est* non legitur in corbej.

⁹⁸⁾ *vacue*, corbej. Iis, quae in explicatione hic scripsi, addendus est *Grotius* in hunc locum.

⁹⁹⁾ *vacua* est, corbej. atque in cod. *Wetstenii* 27.

29. legitur, ἀρρῆ. καταργεῖν, *euacuare* transferre solet latinus interpret. Isti 2 codices singularibus in lectionibus mire conueniunt. Hic tamen videtur error oculorum esse.

21. Abraham pater noster, nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altare ¹⁰⁰⁾?

22. Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius ¹⁰¹⁾: et ex operibus fides consummata est ¹⁰²⁾?

23. Et suppleta ¹⁰³⁾ est scriptura, dicens: credidit Abraham Deo ¹⁰⁴⁾, et reputatum ¹⁰⁵⁾ est illi ad iustitiam, et amicus Dei appellatus ¹⁰⁶⁾ est.

24. Videtis, quoniam ex operibus iustificatur homo, et non ex fide tantum?

25. Similiter et Rahab meretrix ¹⁰⁷⁾, nonne ex operibus iustificata est, suscipiens ~~inuitos~~ ¹⁰⁸⁾, et alia via eiiciens ¹⁰⁹⁾?

26. Si-

¹⁰⁰⁾ *avam*, corbej.

¹⁰¹⁾ corbej. *fides communicat eum operibus suis*; hoc suis, loco αὐτῆς, vitio temporis; cetera translatio est satis commoda. Legit in praesenti, συνεγεν.

¹⁰²⁾ *confirmatur*, corbej.

¹⁰³⁾ *impleta*, idem.

¹⁰⁴⁾ *domino*.

¹⁰⁵⁾ *aestimatum*, corbej.

¹⁰⁶⁾ *vocatus est*, idem.

¹⁰⁷⁾ *fornicaria*, idem; quasi ex graeco nomine. Glossae, πορνῇ, fornicaria; additur, a fornice, ἀπο καμαράς, ἢ ἱσανταί.

¹⁰⁸⁾ cum suscepisset exploratores, ex XII tribus (tribubus) filiorum Israel. corbej. Additionis pars est etiam in codice 33. 37. τὰ Ἰσραὴλ. Sic et graeci plures legunt, κατασκοπῆς, loco ἀγγελῆς. Videtur illa pars posterior, ὑποδεξαμένη - additio.

¹⁰⁹⁾ et per aliam viam eos eiecisset, corbej. eos etiam additur in codice gothico.

26. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum ¹¹⁰⁾ est, ita et fides sine operibus mortua est.

CAP. III.

1. Nolite plures ¹⁾ magistri fieri ²⁾ fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis ³⁾.

2. In multis enim offendimus ⁴⁾ omnes. Si quis in verbo non offendit ⁵⁾, hic perfectus est vir ⁶⁾. Potest etiam fraeno circumducere totum corpus ⁷⁾.

3. Si

¹¹⁰⁾ *emortuum*, codex gothic.

¹⁾ *multi*, corbej. et Augustinus.

²⁾ *esse*, idem.

³⁾ *accipiemus*, idem; ut nostri graeci. *Sumimus*, iam Augustinus; et *sumunt*, Millius ex Facundo excitat. Ista *varietas* debebat a Wetstenio non solum non praeteriri, sed etiam *explicari*; est *additio*; ab initio *absuit* verbum; ideo alii aliter suppleverunt.

⁴⁾ *Multa autem erramus*, corbej. Vtrumque vidisse videtur Hieronymus: in multis offendimus, *sive erramus omnes*.

⁵⁾ *non errat*, corbej. Non offendit *fratrem*, additur apud Baluzium Tomo I. Miscellan. pag. 345. Haud dubie, recte ad sensum.

⁶⁾ Hic erit *consummatus* vir, corbej.

⁷⁾ Auctius hic in corbej. potens est *se infrenare et totum corpus*. Auctor de XLII mansionibus vulgatam iam excitat; *etiam* tamen reiecit ad totum; *etiam*

3. Si autem equis fraena in ora ⁸⁾ mittimus ad consentiendum nobis ⁹⁾, et omne corpus illorum circumferimus ¹⁰⁾.

4. Ecce et naues, quum magnae sint ¹¹⁾, et a ventis validis minentur ¹²⁾, circumferuntur a modico ¹³⁾ gubernaculo, vbi impetus dirigentis voluerit ¹⁴⁾.

5. Ita et lingua modicum quidem membrum est ¹⁵⁾, et magna exaltat ¹⁶⁾. Ecce quam-

etiam totum corpus. Istud *se* nescio vnde veniat; forte leg. *sc.* scilicet.

⁸⁾ si a. equorum fraenos in ora, corbej. Simillime, equorum frenum in ora, Lætion. Luxou. in equorum ora frenos, apud Harduin. concil. tom. I. p. 221. Sicut autem, affert Beda

⁹⁾ ut possint consentire, corbej.

¹⁰⁾ et totum corpus ipsorum conuertimus, corbej. multo melius, quam vulgata.

¹¹⁾ Ecce et naues tam magnae sunt, corbej. Vix dubito, *ὄντα* absuisse ab initio; igitur *sunt* aptissime addebatur.

¹²⁾ feruntur, corbej. multo aptius; *minari* non conuenit ventis; est tamen serioris aetatis; minari asinos, equos.

¹³⁾ reguntur autem paraulo gubernac. corbej.

¹⁴⁾ Auctius in corbejensi, et ubique diriguntur voluntate eorum, qui eas gubernant. Est interpretatio.

¹⁵⁾ sic et lingua, paruum membrum est, corbej.

¹⁶⁾ magna gloriatur, corbej. multo melius. Sic et glossae, *μεγαλαυχω*, glorios.

quantus ignis ¹⁷⁾ quam magnam siluam incendit ¹⁸⁾!

6. Et lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis ¹⁹⁾. Lingua constituitur ²⁰⁾ in membris nostris, quae maculat totum corpus, et inflammatur rotam natiuitatis nostrae, inflammata ²¹⁾ a Gehenna.

7. Omnis enim ²²⁾ natura bestiarum, et volucrum, et serpentium, et ceterorum doman-

¹⁷⁾ ecce *puffillum* ignis; corbej. legit omnino ἔλγρον, quod puto antiquius esse, quam ἔλκρον, quod expressum est in *vulgata*, licet in paucis codicibus superfit; *μικρον* antea, sine interrogatione aut admiratione. *Colinaei* editio saepe sequitur *vulgatam*.

¹⁸⁾ in quam magnam siluam *incendium* facit, corbej.

¹⁹⁾ et lingua ignis *seculi* iniquitatis, corbej. nempe vt explicaret, κόσμον loci ὕλης, incendi per linguam. Codex *halensis* legit, et lingua *nostra* ignis est.

²⁰⁾ *posita* est, corbej.

²¹⁾ et *incenditur*, corbej. Hic versus est ex illis, qui nullam *varietatem* lectionis prae se ferunt; nempe nemo satis intelligebat. Si vel vnus codex addiceret, vltimam partem, Φλογιζομενη ὑπο της γεεννης, putarem *glossam* esse. Codex *halensis* scribit *jeenna*, i loco *ge*; vitio dictantis.

²²⁾ *autem*, corbej.

mantur, et domita sunt ²³⁾ a natura humana ²⁴⁾.

8. Linguam autem nullus hominum domare potest ²⁵⁾: inquietum ²⁶⁾, malum, plena veneno mortifero.

9. In ipsa benedicimus Deum ²⁷⁾ et patrem; et in ipsa ²⁸⁾ maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt ²⁹⁾.

10. Ex

²³⁾ aliter in corbej. — bestiarum, *sive* volatilium, repentium et *natantium*, domatur et domita est. Illud ἐναλιων *abest* a *vulgata*, quod Wetstenius non notavit. Nisi quis putet loco *ceterorum*, lectum fuisse, *cetorum*, quod exstat in quibusdam codicibus latinis. Sed et loco ἐναλιων, potuit legi et latine transferri, ἄλλων, *ceterorum*. Malim tamen prioris esse sententiae.

²⁴⁾ τῇ φύσει τῇ ἀνθρώπινῃ iungitur in corbejensi cum *sequentibus*.

²⁵⁾ *naturae autem humanae linguam nemo* hominum, corbej. parum apte, sed ita decebat antiquissimam translationem.

²⁶⁾ *inconstans*, corbej.

²⁷⁾ *dominum*; corbej. et omittit codex *halensis*.

²⁸⁾ *per ipsam*, corbej.

²⁹⁾ *hominem*, qui ad *imaginem* et similitudinem Dei *factus est*, Cassiodorius; hanc additionem, ad *imaginem* et simil. legit etiam suo tempore Ionas Aurel. apud *d'Acheri*, tom. 1. Spicilegii, edit. in fol. p. 312. sed in plurali, *homines* — *facti*. Mirum est, cum Iacobus tantum ὁμοιωσιν scripserit, sine εἰκονα, tamen christianos doctores continuasse istam *distinctionem imaginis et similitudinis*, ut haec perierit, ista vero superstit. Iacobus

10. Ex ipso ore procedit ³⁰⁾ benedictio, et maledictio. Non oportet, fratres mei, haec ita fieri.

11. Numquid fons de eodem ³¹⁾ foramine emanat dulcem, et amaram aquam ³²⁾?

12. Numquid potest, fratres mei, ficus vuas ³³⁾ facere, aut vitis ficus? Sic neque falsa ³⁴⁾ dulcem potest facere aquam.

13. Quis sapiens, et disciplinatus ³⁵⁾ inter vos? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam ³⁶⁾ in mansuetudine sapientiae ³⁷⁾.

14. Quod

bus enim hic omnibus tribuit ὁμοίωσιν, contra doctrinam istam vulgatam. Nos iam scimus, esse opinionem satis rudem, quae ignorantiae linguae debetur.

³⁰⁾ *exit*, corb. porro, non *debet* -- haec *sic* fieri.

³¹⁾ *ex vno*, corbej. *bullit*, (loco *emanat*.)

³²⁾ *salmacidum*, corbej. Sic glossae, *salmacia* aqua, ἀλμυρον ὕδωρ. *salmacidum*, ἀλμυρον.

³³⁾ *oliuas*, corbej. et Harduin tom. 1. concil. p. 222. etiam codex *gothicus*.

³⁴⁾ *salmacidum*, corbej. *potest* alterum omittitur.

³⁵⁾ *disciplinosus*, in *vobis*, corbej. Sic glossae, *disciplinosus*, εὐμαθής.

³⁶⁾ *demonstrat*, loco *ostendat*; *opera sua*, corbej. et Harduinus l. c. *operationem suam* videtur additio ferior; nec enim expressit κατὰ ἔργα, igitur nec hoc adfuit in *omnibus* libris graecis. Sed fuit haud dubie vera et prima lectio vulgata, *operam suam*, ita lib. Halensis.

³⁷⁾ *in sapientiae clementiam*, cum signo interrogationis; est error latinus; *demonstret* debet scribi.

14. Quod si ³⁸⁾ zelum amarum habetis, et contentiones sint ³⁹⁾ in cordibus vestris: nolite gloriari ⁴⁰⁾ et mendaces esse ⁴¹⁾ aduersus veritatem.

15. Non est enim ista ⁴²⁾ sapientia defursum descendens ⁴³⁾, sed terrena, animalis, diabolica.

16. Vbi enim ⁴⁴⁾ zelus et contentio: ibi inconstantia, et omne opus prauum.

17. Quae autem defursum est sapientia, primum quidem pudica est ⁴⁵⁾, deinde pacifica,

R 2

mo-

³⁸⁾ autem, corbej.

³⁹⁾ contentionem, idem. Vulgatus legit in plurali, ἐπιστην, itaque addidit, sint; nec hoc notauit Westsenius. Augustinus omittit semel *sint*; bis legit *sunt*.

⁴⁰⁾ quid alapamini, corbej. legit latinus τι καταν. loco μη. Illustrauimus pluribus in paraphrasi; Martianaus non intellexit hoc verbum; itaque voluit, eleuamini.

⁴¹⁾ mentientes contra veritatem, corbej. quod vulgatae praefero.

⁴²⁾ non est sapientia; breuius et verius, corb.

⁴³⁾ quae descendit defursum, corbej. porro, sed terrestris, daemonetica, haud dubie loco, daemonica.

⁴⁴⁾ autem; et porro, inconstantia ibi, et omne prauum negotium, corbej.

⁴⁵⁾ Dei autem sapientia, primum sancta est; corbej. Cum versu 15. expresserit haec eadem translatio, descendens defursum, hic autem eius loco ponat, et quidem ab initio orationis nomen aliud, Dei: videtur nondum hic legisse hanc partem, ἡ γὰρ. Fuit igitur forte, ἡ δὲ σοφία, pro

modesta, suadibilis, bonis consentiens ⁴⁶⁾, plena misericordia, et fructibus bonis ⁴⁷⁾, non iudicans ⁴⁸⁾, sine simulatione ⁴⁹⁾.

18. Fructus autem iustitiae, in pace seminatur, facientibus pacem ⁵⁰⁾.

CA-

pro αὐτῇ, atque hoc *Dei* nomine recte explicabatur.

⁴⁶⁾ breuius corbej. *deinde pacifica et verecundiae consentiens*; pro quo puto fuisse, *verecunda*; hoc *consentiens* autem videtur ex *seriori* translatione admistum, εὐπειθῆς. Nisi quis malit, *verecunde* consentiens. Certum est in vulgata iam duplicem esse explicationem vocabuli εὐπειθῆς, 1) *suadibilis*; (pro quo apud Harduinum in concil. occurrit, *suasibilis*;) 2) *bonis consentiens*, haec pars nondum adfuit *Augustini* tempore, qui ceteram vulgatam exhibet aliquoties, sed omittit hoc, *bonis consentiens*. In glossis recte, *suadibile*, περὶ δ' αὐτὸν, argumentum quasi ipsum; *suasibilis* autem est εὐπειθῆς, cui facile perluadetur.

⁴⁷⁾ plena misericordiae et fructuum bonorum, corb.

⁴⁸⁾ *sine diiudicatione*, *irreprehensibilis*, corbej. est duplex translatio vnius ἀδιάκριτος. *Augustinus* exhibet, *inaestimabilis*.

⁴⁹⁾ *sine hypocrisis*, corbej. Locum habuit iam olim apud Latinos, qui non intelligebant, (*non iudicans sine simulatione*, quod videbatur falso dici, et suadere, iudicium fieri per simulationem) *nova correctio*; apud *Harduinum* certe, concil. tom. I. p. 222. legitur, *iudicans sine dissimulatione*. Codex *halensis*: *iudicans sine simulatione*; omisso similiter *non*.

⁵⁰⁾ *qui faciunt pacem*, corb. nempe supplebatur, *iis*.

CAPVT IV.

1. Vnde bella et lites in vobis ¹⁾? Nonne hinc? ex concupiscentiis ²⁾ vestris, quae militant in membris vestris?

2. Concupiscitis et non habetis, occiditis et zelatis, et non potestis adipisci ³⁾, litigatis et belligeratis, et non habetis; propter quod non postulatis ⁴⁾.

3. Petit, et non accipitis, eo quod male petatis ⁵⁾: vt in concupiscentiis vestris insumatis ⁶⁾.

4. Adulteri ⁷⁾, nescitis, quia amicitia huius mundi, inimica est Dei? Quicumque ergo voluerit amicus esse saeculi huius, inimicus Dei constituitur ⁸⁾.

R 3

5. An

¹⁾ vnde pugnae -- rixae, corbej. Vnde et bella etc. cod. halensis.

²⁾ voluntatibus, corbej rectius.

³⁾ impetrare, corbej. porro, rixatis et pugnatis.

⁴⁾ petit, idem.

⁵⁾ propter hoc, quod male peccatis, idem. accipietis, cod. halensis.

⁶⁾ vt in libidines vestras erogatis, corbej. multo melius.

⁷⁾ fornicatores, idem. et postea, amicitia saeculi.

⁸⁾ persecratur, corbej. videndum, an hoc idem verbum *παρασκευάζει*, cap. 3, 6, melius explicetur, lingua -- *perseuerat*, i. e. ea, quae tam turpiter docentur et commendantur, omnia membra corporis variis vitiis et flagitiis parant et assuefaciunt.

5. An putatis quia inaniter scriptura dicat 9:) ad invidiam concupiscit 10) spiritus, qui habitat in vobis?

6. Maiorem autem dat gratiam. Propter quod dicit 11): Deus superbis resistit *), humilibus autem dat gratiam.

7. Subditi ergo 12) estote Deo: resistite autem diabolo, et fugiet a vobis.

8. Appropinquate Deo 13), et appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores: et purificate corda 14), duplices animo.

9. Miseri estote, et lugete, et plorate 15);
rifus

9) aut putatis quoniam dicit scriptura, corbej. omisso *νεως*. Forte vitio oculorum, *inan.* in vocabulo *quoniam* neglectum fuit. *Dicit*, exstat ap. Harduin. tom 1. p. 85. rectius.

10) *conualefcit*, corbej. Videtur esse novus significatus huius latini verbi, impetu fertur.

11) *dicitur*, apud Harduinum. Male.

*) *resistit*. cod. halensis.

12) *ergo* abest corbej. bene. Idem scribit, *Zabolo*, veteri ex pronuntiatione.

13) *accedite ad dominum*, corbej. (*domino*, legit et codex *halens.*) sic et porro, et *ipse ad vos accedit*.

14) *sanctificate c. vestra*, idem. duplices corde.

15) *lugete miseri et plorate*; corbej. Augustinus omittit, et *plorate*; atque abest etiam a codice *halensi*; sicut *κλαυσατε* a quibusdam graecis. Hic latinus legisse videtur, *ταλαιπωροι*, quod postpositum fuit, commodiori quati in loco.

rifus vester in luctum conuertatur, et gaudium in moerorem ¹⁶⁾.

10. Humiliamini in conspectu Domini ¹⁷⁾, et exaltabit vos.

11. Nolite detrahere alterutrum, fratres ¹⁸⁾. Qui detrahit fratri ¹⁹⁾, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, et iudicat legem. Si autem iudicas ²⁰⁾ legem: non es factor legis, sed iudex.

12. Vnus est legislator ²¹⁾ et iudex, qui potest perdere ²²⁾ et liberare.

R 4

13. Tu

¹⁶⁾ *eristitiam*, corbej. antea, *conuertitur*, codex *halensis*.

¹⁷⁾ *Humiliate vos arte dominum*, corbej.

¹⁸⁾ *nolite retractare de alterutro frater*; corbej. nec corrigendum esse puto, *fratres*. Sic antiquiori more scripserat. Malim tamen *detractare*; *Glossae*, *detractans*, *λοιδόγων*. *Detraeto*, *διασφω*. *Detraeta* *ores*, *ψιθυγον*. Forte tamen senior vltus verbi *retractare* locum habuit.

¹⁹⁾ *retractat de fratre*, corb. sic et, *retractat de lege*.

²⁰⁾ *qui a. iudicat* — non *est*, in tertia persona; apud Harduin. tomo 1. p. 82. et p. 85. *Floriacense* fragmentum hunc verbum aliter exhibet; *Fratres*, nolite vobis detrahere. Qui autem *vituperat* fratrem suum et iudicat, legem *vituperat* et iudicat.

²¹⁾ *legum possitor*, corbej. ex antiquissimo tempore hoc superest; more *Tertulliano* translatus.

²²⁾ *inuertit* corbej. qui potest *saluare* et *perdere*, aptius ad graecum.

13. Tu autem quis es, qui iudicas proximum? Ecce nunc ²³⁾ qui dicitis: hodie, aut crastino ²⁴⁾ ibimus in illam ciuitatem, et faciemus ibi quidem annum, et mercabimur ²⁵⁾ et lucrum faciemus.

14. Qui ignoratis, quid erit ²⁶⁾ in crastino.

15. Quae est enim ²⁷⁾ vita vestra? Vapor est ad modicum parens ²⁸⁾, et deinceps exterminabitur ²⁹⁾. Pro eo ut dicatis ³⁰⁾: si dominus voluerit; et, si ³¹⁾ vixerimus, faciemus hoc aut illud.

16. Nunc

²³⁾ iam nunc, corb.

²⁴⁾ cras, idem; sic et Hieronymus, *cras proficiscemur*. Porro, *annum*, sine *quidem*.

²⁵⁾ *negotiamur*, corb. bene; ut *negotiemur* et *lucremur*, Hieronymus.

²⁶⁾ qui ignoratis *crastinum*, idem.

²⁷⁾ *quae autem* vita vestra, id. melius.

²⁸⁾ *momentum enim est per modica visibilis*, corb. vix satis recte videtur scribi; *momentum* enim non conuenit cum *visibilis*. Forte fuit, *momentanea*; nisi voluit interpretes reperi, *vita*. Hieronymus, *aura* est enim siue *vapor* paululum apparens.

²⁹⁾ *deinde et exterminata*, corb. Hieronymus, *deinde dissipatur*.

³⁰⁾ *propter quod dicere vos oportet*; corb. sic fere et Hieronymus, pro eo quod *debeatis* dicere. *ἀντιτε*, *quam ut*, Cassiodorius effert.

³¹⁾ -- voluerit et *viuemus*, corbej. porro, *aut faciemus* hoc et illud.

16. Nunc autem exsultatis ³²⁾ in superbiis vestris. Omnis exsultatio talis, maligna est.

17. Scienti igitur ³³⁾ bonum facere, et non facienti, peccatum est illi.

CAPVT V.

1. **A**gite nunc diuites ¹⁾, plorate ululantes in miseriis vestris, quae aduenient vobis ²⁾.

2. Diuitiae vestrae putrefactae sunt ³⁾: et vestimenta vestra a tineis comesta sunt ⁴⁾.

3. Aurum et argentum vestrum aeruginauit, et aerugo eorum in testimonium vobis erit: et

R 5

man-

³²⁾ *gloriamini* in superbia vestra — omnis gloria talis, mala est, corb. Ergo et alibi pro verbo *κρυχαδοι, κατακρυχ.* vulgatus posuerat *exsultare*, non *exaltare*. Hier. *gloriatio*, pessima est.

³³⁾ *scientibus* autem, corb. sic et porro, et non *facientibus*, peccatum illis est. Sensum expressit non verba. Postea, *magis* peccatum est, codex *gothic.*

¹⁾ *locupletes*, corbej.

²⁾ *aduenientibus*, idem.

³⁾ *putrierunt*, (putruer.) corbej.

⁴⁾ *res (vestes)* vestrae tinea vero (forte, *tinea auro-rae*, ad graecum) corbej. nisi fuit, vestes vestras. Tinea vorat.

manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram ⁶⁾ in nouissimis diebus.

4. Ecce merces ⁷⁾ operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quae fraudata est a vobis ⁸⁾, clamat: et clamor ⁹⁾ eorum in aures Domini Sabbaoth introiuit.

5. Epulati estis super terram, et in luxuria ¹⁰⁾ enutristis ¹¹⁾ corda vestra, in die occisionis.

6. Addixistis ¹²⁾, et occidistis iustum, et non restitit vobis.

7. Pa-

⁶⁾ Thesaurizastis *et* in nouissimis diebus; corbej. *iram est* additio serior; itaque corbejenfis seruat antiquam scripturam. Plura in paraphrasi diximus.

⁷⁾ et ecce *mercedes* — arauerunt in agris vestris, corbej.

⁸⁾ quod abnegastis, corbej. an legit ἀπαρνεύεσθαι? Idem clamabunt, ad latinum nomen, *mercedes*.

⁹⁾ et voces qui messi sunt, (messuerunt) ad aures — introierunt, corbej. Hic vulgata nondum habuit τῶν θερισάντων, legit etiam in singulari βοῶν. Viderur autem interpolatio hic iam antiqua fuisse. Nam ἐργατῶν, τῶν ἀμειψάντων in prima sententia, in corbei exprimitur, quasi fuisset ἀγροτεργῶν, cui in altero membro respondet, qui messi sunt, ἀμειψάντων vel θερισάντων, quod in vulgata non apparet; codices ergo duplices hic occurrunt.

¹⁰⁾ fruii estis super terram et abusi estis, corbej. Vulgata adiecit in luxuriis ad sequens membrum, minus caste.

¹¹⁾ cibastis, corbej.

¹²⁾ damnaastis — resistit, corbej. sic et glossae, καταδικάζω, condemno.

7. Patientes igitur estote fratres, usque ad aduentum Domini. Ecce agricola exspectat pretiosum ¹³⁾ fructum terrae, patienter ferens donec ¹⁴⁾ accipiat temporaneum ¹⁵⁾ et serotinum.

8. Patienter igitur estote et vos ¹⁶⁾, et confirmate corda vestra, quoniam aduentus Domini appropinquat.

9. Nolite ingemiscere, fratres, in alterutrum, ut non iudicemini ¹⁷⁾. Ecce iudex ante ianuam affilit.

10. Exemplum accipite ¹⁸⁾, fratres, exitus mali ¹⁹⁾, laboris et patientiae, prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini.

11. Ecce beatificamus ²⁰⁾ eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, et finem Domini

¹³⁾ *honoratum*, idem.

¹⁴⁾ *patiens in ipso, usque quo*, corb. accuratius.

¹⁵⁾ *matutinum* et serot. *fructum*, corb. nondum legit veter, et *supplevit* suo iure nomen aptius.

¹⁶⁾ *et vos patientes estote*, corb. porro, *confortate* (sine et) *praecordia vestra* — *adpropinquat*.

¹⁷⁾ *ne in iudicium incidatis*, corbej. porro, ante ian. *stat*.

¹⁸⁾ *accipite experimentum*, corb.

¹⁹⁾ *de malis passionibus* et *de patientia* prophetas; corb. multo melius, quam vulgata. Nihili enim est *exitus mali*; iungendum fuerat *exitus*; mali laboris.

²⁰⁾ *beatos dicimus*, corbej.

mini vidistis, quoniam misericors Dominus est, et miserator ²¹⁾).

12. Ante omnia autem fratres mei, nolite iurare, neque per coelum, neque per terram, neque aliud quodcunque ²²⁾ iuramentum. Sit autem sermo vester: est, est: non, non: ut non sub iudicio decidatis ²³⁾).

13. Tristatur ²⁴⁾ aliquis vestrum? oret: aequo animo est ²⁵⁾? psallat.

14. Infirmatur ²⁶⁾ quis in vobis? inducat *) presbyteros ecclesiae, et orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini.

15. Et

²¹⁾ *quoniam visceraliter dominus misericors est*, corbej. quoniam misericors et miserator dominus est, ap. Harduin. tom. I. concil. p. 63. Nempe *νυγιος* *abfuit* a multis codicibus; ideo locus *addendi* variat.

²²⁾ nec *alterutrum* iuram. corbej. porro, loco *sermo vester*, legit, *sit autem apud vos*. Rectius, nam *sermo*, ο *λογος* est *additio* ex Matth. 5. Itaque et *luxou.* lectionarium legit: sit autem *verbum*, est etc.

²³⁾ *ne in iudicium incidatis*, corbej.

²⁴⁾ *anxiat* ex vobis aliquis, idem.

²⁵⁾ *hilaris* est, idem; et postea, *psalmum dicat*.

²⁶⁾ *et infirmus* est aliquis, corb.

*) *voce*t, idem; *inducat* vulgatae est descriptio. *ecclesiae* abest a corbej. haud dubie olim *abfuit*; in codice 26 graeco, abest.

15. Et oratio fidei ²⁷⁾ saluabit infirmum, et alleuiabit ²⁸⁾ eum dominus; et si in peccatis sit ²⁹⁾, remittentur ei.

16. Confitemini ergo ³⁰⁾ alterutrum peccata vestra, et orate pro inuicem ³¹⁾, vt saluemini ³²⁾; multum enim valét deprecatio iusti assidua ³³⁾.

17. Elias homo erat similis nobis passibilis ³⁴⁾; et oratione orauit, vt non plueret super terram ³⁵⁾, et non pluit annos tres, et menses sex.

18. Rursum ³⁶⁾ orauit: et coelum dedit pluuiam, et terra dedit ³⁷⁾ fructum suum.

19. Fratres mei, si quis ex vobis errauerit a veritate, et conuertet quis eum ³⁸⁾:

20. Scire

²⁷⁾ oratio *in fide*, corbej. *laborantem*, proprie, loco *infirmum*.

²⁸⁾ *suscitabit*, corbej. vulgata *timidius* expressit.

²⁹⁾ *si peccata fecit*, corb. et — *remittuntur*, scil. a presbyteris.

³⁰⁾ *ergo*, abest à corbej.

³¹⁾ *pro alterutro*, corbej.

³²⁾ *vt remittatur vobis*, idem.

³³⁾ *multum potest petitio iusti frequens*, idem.

³⁴⁾ *passibilis* non est in corbej.

³⁵⁾ *super terram*, abest a corbej. sequitur autem post illud, et non pluit *in terra*.

³⁶⁾ *sed iterum*, corbej.

³⁷⁾ *germinauit*, idem.

³⁸⁾ *et aliquis eum reuocauerit*, idem.

20. Scire debet ³⁹⁾, quoniam qui conuerti fecerit ⁴⁰⁾ peccatorem ab errore viae suae, saluabit ⁴¹⁾ animam eius ⁴²⁾ a morte, et operiet ⁴³⁾ multitudinem peccatorum ⁴⁴⁾.

³⁹⁾ *abest* a corbej. ab Ambrosiastro et Cassiodorio. Ergo illud *γνωστω* in nostris graecis est ex superiori recensione.

⁴⁰⁾ *conuertere* fecit Martin. 1. apud Harduin. tom. 3. concil. p. 642.

⁴¹⁾ *saluat*, corbej.

⁴²⁾ *eius* abest a corbej. recte, et, *de morte sua*.

⁴³⁾ *operit*, in vita Bonifacii sec. 3. benedict. parte 2. pag. 58. *cooperit*, Cassiodorius.

⁴⁴⁾ *multitudinem peccati*, corbej. peccatorum *suorum*, Harduin. tomo 3. concil. p. 1883. et R^{atherius} veronensis in spicilegio Dacherii tom. 1. p. 310. in fol.

S 47 $\frac{15}{C, 24}$

AB 47 $\frac{15}{C, 24}$

Je 4850 a

²²
X 8989 J

57.





P A

LATI

IMPEN

IS

VM

DE



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

